BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
F
23
NAPOLI

Dissert.s duae juridicae
de Ducatu Castrensi
pro
Rev. Cam. Ap.ca (R. 1724)

Notasi nella Bibl.ca degli Stati Ecclesiastici Tomo III p. 52
che ne sia stato autore
il Mons.r G. Fontanini

DISSERTATIO
DE DUCATU CASTRI,
E T
RONCILIONIS,

Ejuſque juſta, ac legitima poſſeſſione penès Reverendam Cameram Apoſtolicam.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHVS

Præcipuorum Capitum, quibus hæc Diſſertatio conſtat.

I. Cauſa ſcribendi exponitur. §.1.

II. Demonſtratur loca omnia Ducatus Caſtri ſupremo Dominio Sedis Apoſtolicæ ſemper fuiſſe in temporalibus ſubjecta. *à* §.2. *uſque ad* §.9.

III. Refertur, & enucleatur venditio Ducatus Caſtri à Duce Raynutio II. facta anno 1649. *à* §.9. *uſque ad* §.14.

IV. Recenſentur circumſtantiæ, in quibus Contractus Emptionis, Venditionis initus fuit. *à* §.15. *uſque ad* §.23.

V. Validitas Contractus vindicatur ab objecto elicito ex minori ætate Ducis Raynutii Venditoris. *à* §.24. *uſque ad* §.31.

VI. Expenditur ratificatio Contractus à Duce Raynutio facta in ætate majori. *à* §.31. *uſque ad* §.34.

VII. Demonſtratur juſtitia Contractus, tum inſpecta quantitate pretii, tum aliis conditionibus perpenſis. *à* §. 34. *uſque ad* §.40.

VIII.

VIII. Infertur ex dictis Ducatum Caſtri ritè fuiſſe ab Alexandro VII. incorporatum Cameræ Apoſtolicæ anno 1659. à §.40. uſque ad §.42.

IX. Probatur nullius momenti eſſe Decretum ab Alexandro VII. editum anno 1664. de *Excameratione* Ducatus Caſtri, & conceſſione novæ facultatis illum redimendi. *à* §.42. *uſque ad* §.58.

X. Concluditur, quod figurata etiam validitate *Excamerationis* factæ ab Alexandro VII., nihilominus ſuffragari id non poſſet Sereniſſimo Duci Parmæ. §.58.

XI. Diſcutiuntur geſta ſub annum 1667. quoad tentatam redemptionem medietatis Ducatus Caſtri, eaque nullo numero habenda eſſe manifeſtum efficitur. *à* §.59. *uſque ad* §.78.

XII. Cum Juris regulis congruere etiam publici boni rationem demonſtratur. *à* §.78. *uſque ad finem*.

CASTRENSIS

FACTI SPECIES.

SEreniſſimus Dux Parmæ in quodam ſuo Libello ſupplicat Sanctiſſimo Domino Noſtro INNOCENTIO XIII. fœliciter regnanti, ut velit = *Benignamente provedere perche dalla Rev. Camera li ſiano reſtituiti li Ducati di Caſtro, e Ronciglione appartenenti con pieniſſima evidenza al Duca medeſimo, & alla di lui Caſa Farneſe* = licet evidentiſſimi quidem, & juſtiſſimi ſint tituli, ex quibus dicti Ducatus ſub San. Mem. Alexandro VII. incamerati, ac Rev. Cameræ applicati, ſub S. Sedis poteſtatem, plenumque, ac immediatum Dominium redierunt. Ritè enim, ac jure jamdiù potuiſſet San. Mem. Urbanus VIII. eos Fiſco adjicere ob Perduellionis crimen à clar. mem. Duce Odoardo patratum; niſi clementer illos eidem reſtituiſſet, tum pro pace reducenda, tum etiam juſta ductus ſpe, quòd aliquando diſſoluturus eſſet ingens æs alienum, cui dd. Feuda obnoxia reperiebantur favore Montiſtarum, qui cum maximo publicæ fidei detrimento ſortis periculum verentes, lugere cogebantur jacturam fructuum, quibus à pluribus annis caruerant, quia præpotens debitor non ſolùm detrectaverat adimplere ea, quæ pro eorum incolumitate promiſerat, ſed, quod gravius eſt, in Judicio interpellatus, loco illa præſtandi, fidemque ſuam liberandi, in ipſum Supremum Principem rebellans, Judicis auctoritatem irritam facere, & Creditores eludere tentaverat.

Qui poſt mortem etiam præfati clar. mem. Ducis Odoardi, ſpe omni ſe fruſtrari noſcentes, cum à Congregatione Montium obtinuiſſent mandata tam pro ſolutione fructuum, qui excreverant in ingentem quantitatem ſcutorum tercentorum quinquaginta millium, quam etiam pro extinctione, & reſtitutione ſor-

Digitized by Google

tis: clar. mem. Dux Raynutius II. Ducis Odoardi filius, & ſucceſſor, ſentiens jam jam imminere dd. Ducatuum ſubhaſtationem, judicialemque diſtractionem, quam impedire non valebat, quia nullæ ampliùs à Creditoribus dabantur induciæ, & ipſe tanto æri alieno diſſolvendo ſe imparem agnoſcebat; prætereaque juſtè timens, ſe in publica auctione minimè reperturum licitatorem, qui offerret pretium, quo Creditoribus omnibus ſatisfaceret, diù obſecraverat, atque obteſtatus fuerat Summum Pontificem Innocentium X., ut nomine Rev. Cameræ Apoſtolicæ dd. Ducatus emeret: Sed cum preces, conatuſque omnes ſuos fruſtrà impenſos cerneret, interpoſitis demùm officijs Regiæ Majeſtatis Philippi IV., ac Sereniſſimi Ferdinandi II. Magni Ducis Etruriæ ejus Conſanguineorum, pervicit reluctantem animum Summi Pontificis, qui tantis precatoribus morem gerens, commiſeranſque infelicem conditionem Pupillorum, Viduarum, locorum Piorum, ac miſerabilium perſonarum, quæ nec ſortem, nec fructus ullos à difficili Debitore conſequi diutiſſimè nequiverant, benignè annuit d. petitioni.

Anno itaque 1649. die 19. menſis Decembris, prævijs duobus Pontificijs Chirographis, celebrata fuit venditio tamdiù à dicto Duce Raynutio expetita, & quam ipſe die 13. menſis Januarii ſequentis ratam fecit, confirmavitque ſolemni Inſtrumento Placentiæ rogato. Pretii autem nomine Rev. Cameræ, nedùm ſuſcepit integrum debitum ſortis, & fructuum Montium Farneſiorum, quod conflabat decies centena, & ſexcenta vigintinovem millia, ac ſeptingenta quinquaginta ſcuta: Verùm etiam Summus Pontifex condonavit tùm graviſſimas perduellionis pœnas, tùm damna, publica vi, & armis hoſtiliter illata Ditioni Eccleſiaſticæ, tùm denique expenſas omnes, quas pro illis avertendis S. Sedes ſubire coacta fuerat. Præthereà nedùm aliæ, verùm præcipua illa adpoſita fuit conditio, ipſi quidem Venditori utillima, ſed, ut eventus docuit, S. Sedi pernicioſiſſima, quòd nempè eidem liceret infrà octennium præfatos Ducatus Caſtri, & Roncilionis redimere, utque id commodiùs perfici ab eo poſſet, conventum fuit, quod vel unica, vel diviſim (ut magis ipſi

expe-

Digitized by Google

expediret) duplici videlicet redemptione unius medietatis pro qualibet, univerſa Bona, ac Caſtra vendita recuperare valeret, dummodò infrà octennium id perageret:, expreſſa tamen adjecta lege, ac conditione, quod illo elapſo dd. Feudorum, Bonorumque Dominium irrevocabiliter Rev. Cameræ Apoſtolicæ quæſitum intelligeretur, ſublata penitus omni moræ purgatione, alioque quocumque Juris remedio, quo præfatus Dux Raynutius II., ejuſque Succeſſores dd. Ducatus recuperare contenderent. Si igitur ille intrà præſtitutum tempus vel noluit, vel illa redimere neglexit, aut nequivit, quonam colore, aut qua juſta ratione in fronte ſupplicis Libelli Sanctitati Suæ oblati, dici potuit, præfatos Ducatus Caſtri, & Roncilionis pertinere = *Con pieniſſima evidenza* = ad Sereniſſimum Ducem Parmenſem.

Et ſanè permirum videtur, quòd hac de cauſa, octoginta ferè annorum ſpatio, S. Sedes perturbata, atque exagitata fuerit, longè verò magis mirum, quòd (quaſi ageretur de re ad publicam Europæ, vel Italiæ quietem pertinente) negotium hoc relatum fuerit, ad ſolemnes conventus, in quibus de generali Pace reſtituenda, componendaque actum fuit, & jam jam de eo in conventu Cameracenſi agendum eſſe dicatur in fine d. ſupplicis Libelli.

Quis enim illic locus eſſe potuit, aùt poteſt cauſæ huic, in qua actum fuit de privato dumtaxat intereſſe, inter Creditores, & Debitorem vaſſallum Summi Pontificis, contra quem renuentem debitum ſuum exſolvere, nonniſi Juris ordine ſervato, & nonniſi ex lege ſancita in famigerata Conſtitutione San. Mem. Clementis VIII. nuncupata Bulla Baronum, San. Mem. Pauli V., aliorumque Summorum Pontificum (quibus ille nedum ex generali obligatione obnoxius erat, ſed ſpeciali quoque pacto ſe ſubjecerat) agi cæptum fuerat: & nè Judicium abſolveretur judicialibus Bonorum ſubhaſtationibus, quas neminem latet, cum maximo Debitorum damno peragi, nullamque ferè, vel perbrevem ſolummodo per illas relinqui ſpem recuperandi Bona ſemèl ſubhaſtata, clar. mem. Dux Raynutius II. magis è re ſua eſſe putaverat, his malis occurrendo, offerre dd. Ducatuum venditio-

nem Summo Pontifici, à quo obtinuit eam æquiſſimam conditionem illos redimendi intrà octo annorum ſpatium, idque ſi culpa ſua non perfecit, ipſe, ejuſque ſucceſſores æquo animo ferre debent, quod eorum utile Dominium hoc juſto, atque irrevocabili titulo conſolidatum fuerit cum Supremo, ac directo Dominio S. Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ; cui D. Dux offerendo dictam venditionem, obtulerat id, quod eadem Rev. Camera ſi voluiſſet, jure ſuo, ipſoque invito, conſequi potuiſſet; In venditionibus enim Feudorum, & Bonorum, quæ derogando Fideicommiſſis, & Primogenituris ſuper eiſdem à Baronum majoribus ordinatis, dd. Conſtitutionum auctoritate celebrantur, præferri ſemper ipſa debet; quod exemplo confirmavit ipſe legis conditor San. Mem. Clemens VIII., dùm pro diſſolvendo ære alieno Familiæ Sabellæ, nomine Rev. Cameræ Apoſtolicæ emit Caſtrum Candulphi cum Tenuta Jurisdictionali illi annexa, utque alia omittam, recens eſt ſimile exemplum emptionis Civitatis Albani eadem de cauſa, ac Jure facta à San. Mem. Innocentio XII.

At malo quodam fato, idem clar: mem: Dux Raynutius, qui tantoperè, tantisque adhibitis Deprecatoribus dictam venditionem perficere curaverat, antequàm elaberetur octennium, loco offerendi pretium pro redemptione celebranda: Primùm illam impugnare cœpit ſub obtentu nullitatis, ænormiſſimæ læſionis, & rei factæ deterioris, quæ propterea reſtitui nequibat in Statu illo, in quo erat tempore venditionis. Deindè verò noſcens nullo pacto juvari poſſe iſtiuſmodi exceptionum colore, ſupplicavit ſan: mem: Alexandro VII. pro novi termini conceſſione, quo poſt maturum examen negato, quia apertè reſiſtebant Conſtitutiones S. Pii V., Innocentii IX., & Clementis VIII. in Sacro Conſiſtorio celebrato die 20. menſis Decembris anni 1659., exquiſitis Votis Eminentiſſimorum Cardinalium, & de illorum conſilio, & conſenſu, declaratum fuit dictos Ducatus incidiſſe in cenſuram Pianæ Conſtitutionis, ideoque incorporandos, atque applicandos eſſe S. Sedi, ut factum fuit ſolemni Bulla ab eodem Alexandro VII. nono Kalend. Februarii an-

A no

no 1660. conſiſtorialitèr edita, atque ab omnibus Eminentiſſimis Cardinalibus ſubſcripta.

At paulò poſt D. Duci, nova rei ſuæ benè gerendæ ſeſe obtulit occaſio; ſubortis namque notis Belli motibus inter Summum Pontificem, & Chriſtianiſſimum Regem Ludovicum XIV., pro illis ſedandis, componendisque, in Pace Piſis celebrata, primus illius articulus verſatus fuit in reſtitutione Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis per viam retrovenditionis à S. Sede faciendæ D. Duci Raynutio intrà alterius octennii ſpatium, eiſdem adpoſitis conditionibus, quæ ab Innocentio X. conceſſæ fuerant: Sed re infecta labente dicto etiam novo octennio, idem ſupplicavit ſan: mem: Clementi IX., deindè Clementi X. pro nova termini prorogatione, ſed fruſtrà, nàm ſub Clemente X. exquiſitis paritèr in Sacro Conſiſtorio Votis Eminentiſſimorum Cardinalium, ea denegata fuit.

Paucis hæc attigiſſe volui, abs re reputans, longa mora, longiorique narratione referre molimina omnia, conatusque, quibus, ut occaſio ſeſe obtulit, Sereniſſimi Duces Parmenſes S. Sedem hac de cauſa vexarunt: plurium namque recens eſt memoria, plura verò alia, occurrent opportuno loco, dùm videlicèt refellentur ea, quibus in dicto Libello injuſtè à S. Sede dicti Ducatus retineri dicuntur. De his autèm agere incipiens, ſatius eſſe arbitratus ſum, Cauſam hanc omnem membratìm dividendo, in plures ſectiones, ſeù §§. diſtribuere; diſtributione quippè iſta, nedùm major claritas huic non brevi tractationi afferetur, nàm ad contrarias rationes ſeparatìm accomodando reſponſiones, illicò reperiri poterit, quod vulneri præſtò ſit medicamentum, ut admonet *Cicero 2. de Orat.*, verùm etiam longioris lectionis tędium levabitur, iis tantùm immorando, in quibus aliqua dubitandi ratio invenietur, & ceù quibuſdam vicibus animum reficiendo priorum fine, & ſe velut ad novum rursùs initium præparando ex *Quintiliano lib. 6. Inſtit. Orator. cap. 2.*

Error.

§. I.

Erronea probatur aſſertio, quæ in ſupplici Libello fit de allodialitate, & libera pertinentia ad Sereniſſimam Domum Farneſiam plurium Locorum, ex quibus Paulus III. conflavit Ducatum Caſtrenſem: afferuntur enìm Inveſtituræ, aliaque documenta, quibus probato S. Sedis Dominio, oſtenditur ejuſdem beneficio, & conceſſione ad dictam Domum perveniſſe.

Num. 1. Primum argumentum, quo in ſupplici Libello tamquàm injuſta redargui contenditur dictorum Caſtrorum venditio, ſpontè alioquìn à clar: mem: Duce Raynutio II. facta Rev. Cameræ Apoſtolicæ regnante Innocentio X., in eo poſitum eſt, quod = *Gran parte de' Luoghi* (ſunt verba Libelli,) *che compongono, e formano li predetti Ducati, anche avanti la detta Inveſtitura,* (facta videlicèt in Bulla erectionis Ducatus Caſtrenſis à Paulo Tertio edita anno 1537. pridie Kalend. Novembris, ejuſque Pontificatus anno 3.) *apparteneva, ed era poſſeduta dalla ſteſſa di lui Caſa colla prerogativa di totale ſouranità, e totale indipendenza dalla Sede Apoſtolica, la qual prerogativa, e qualità della parte ſudetta di queſti Stati fù confermata nell' accennata Inveſtitura, e però dovrebbe ancora reſtar viva, ed illeſa,* = ut revera factum fuit in dicta Bulla, in qua poſtquàm enumerata fuere plura Loca ab immediato Dominio S. Sedis diſſecta, pro Caſtrenſi Ducatu componendo, eidem alia uniuntur, *quæ ſemper* (ut dicitur in Bulla) *eorundem Raynutii antiquioris, & aliorum majorum Prædeceſſorum noſtrorum prædictorum, & noſtra allodia fuerunt, & ſunt, nec Sedi prædictæ, Romano Pontifici, aut Imperatori, vel alicui alteri Principi, Dominio, vel Domino in temporalibus ſubſunt, nec quoquo modo Superiorem recognoſcunt, ad effectum erectionis Ducatus infraſcripti ſolùm, & dumtaxàt, ac non aliàs, alitèr, nec alio modo, ità tamèn quod per applicationem, vel manus noſtræ Pontificiæ appoſitionem hujuſmodi, in illis nulla penitùs, nec etiam quoad Juramen-*

men-

menti fidelitatis præſtationem, aut etiam novæ Inveſtituræ à dicta Sede petitionem, vel alia quæcumque ſuperioritas, auctoritas, aut juriſdictio, nec eidem Sedi, nec nobis tamquàm Romano Pontifici, neque Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus, vel alicui alteri aliquo modo acquiratur, nec acquiſita cenſeatur, eſſe poſſit, nec ſit.

2. Continuata autèm oratione Loca, quæ libera allodialia, & à cujuſcumque Supremi Domini poteſtate exempta dicebantur, indigitata leguntur his verbis = *Sed in eiſdem met, in quibus anteà, ut præfertur, fuerunt, & nunc ſunt exemptione, & libertate, ſemper, & perpetuò perſiſtant, permaneant, & perdurent Caput Montis, Biſentium, Theſei, Pigenovani, Monzanum, Pianzanum, Arleum, & Civitellam, ac Montis Alti, & Gryptarum, etiam cum omnibus, & ſingulis illarum, & illorum Territoriis, & Diſtrictibus univerſis* = hactenùs verba Bullæ.✱

3. Verùm nedùm argumentis luce clarioribus, ſed auſim dicere, facti evidentia reſpectu plurium ex dictis Locis, allodialitatem iſtam excludi; nàm cùm in Jure noſtro feudali, Feudo opponatur allodium, quia iſtud dicitur proprietas, & jus purum, & liberum, quod à nemine, & non aliundè, niſi à ſolo Deo recognoſcitur: contra verò tenens Feudum, Dominum Inveſtientem agnoſcere tenetur *Guglielm. de Benedict. in Cap. Raynutius verb. & Uxorem nomine Adelaſiam deciſ. 2. fol. mihi 79. num. 5., & verb. mortuo itaque Teſtatore 2. fol. 131. num. 68. ſubdens ex Baldo, quod illa Bona dicuntur habere jure allodii, quæ habentur jure plenæ proprietatis, Cujac. in lib. 4. Codic. tit. 66. de jur. emphyteut. fol. mihi 440. lit. C. in fin. tom. 5. oper. poſthum., & in appendic. ad conſuetud. feudor. lib. 1. tit. 48. lil. D. fol. 458., & ad tit. de act. empt., & vendit. fol. 472. lit. A., Caſtrenſ. conſ. 161., Joann. Gallic. inter conſil. feudal. varior. conſ. 2. num. 23., Maſcard. de probat. concluſ. 79. num. 1., & ſeqq. tom. 1., Thom. Cragius de Riccartoun. in Jus feudal. lib. 1. tit. 9. §. 12., Schrader. de feud. part. 2. cap. 2. num. 61., Roſenthac. de feud. cap. 12. concluſ. 14. num. 10., & ſeqq., Franch. deciſ. 131. num. 11., Surd. deciſ. 177. num. 5., Borell.*

in

in Summ. deciſion. tom. 1. *tit.* 38. *num.* 1., *& ſeqq.*, ubi plena manu cogerit antiquiores; quonam pacto nuncupari, aut reputari poterunt pura, & libera allodia nullum Superiorem Dominum agnoſcentia Loca illa, quæ immediatæ S. Sedis Juriſdictioni, & Dominio ſubjecta, nonniſi ex ejuſdem liberalitate, & conceſſione in Sereniſſimam Domum Farneſiam perveniſſe reperimus.

4. Et ſanè quod attinet ad Caſtrum *Cryptarum* tantum abeſt, quod ante erectionem Ducatus Caſtrenſis dici potuerit liberum allodium inclytæ Domus Farneſiæ, ut illud ſemper ſub Dominio S. Sedis extitiſſe apertiſſimè probetur, donec ſub Paulo III. pro eodem uniendo d. Ducatui à Petro Aloyſio Farneſio acquiſitum fuit. Bonifacius enim VIII. anno 1296. die 4. menſis Septembris Pontificatus ſui anno ſecundo, cum Civitas Urbevetana dictum Caſtrum cum aliis locis occupaſſet, declaravit nullum Jus, Juriſdictionemque d. Civitati competere ſuper dd. locis ad Romanam Eccleſiam pertinentibus: deindeque idem Pontifex anno 1298. d. Civitatis, & Locorum Univerſitatibus parere recuſantibus cuidam ordinationi inter Sedem Apoſtolicam, & illas factæ, mandavit Epiſcopo, Poteſtati, & Capitaneo Urbevetano, ut illas parere compelleret, ut in *libro annor.* 4., *& duorum ſeq. Bonifacij VIII. fol.* 15.. *Joannes XXII. anno* 1320., atque iterùm anno 1333. præcepit Rectori Provinciæ Patrimonii, nè permitteret à Civitate Urbevetana quidpiam attentari contrà conventiones tempore Bonifacii VIII. cum dd. Univerſitatibus initas, ut *lib.* 1. *ann.* 5. *Joannis XXII. fol.* 54., *& lib.* 1. *Epiſtolar. ann.* 17., *&* 18. *ejuſdem Joannis XXII. inter Epiſtol. diverſ. form.* Addere his poſſem, quod de dicto Caſtro à Joanne XXIII. ad vitam conceſſo Poncello de Urſinis ſub quodam annuo Cenſu, ut in *lib.* 4. *Bullar. Joannis XXIII. fol.* 133. *à terg.*, deindè à Martino V. inveſtitus fuit ad tertiam generationem Ildebrandinus de Comite Domicellus Romanus ſub annuo Cenſu vigintiquinque librarum Ceræ, ut ex *lib.* 5. *de Curia Martini V. fol.* 156., quodque demùm ejus medietas à præfati Ildebrandini hæredibus anno 1464. vendita fuit Antonio de Aragonia de

Pic-

Piccolomineis Nepoti Pii II., qui d. venditionem confirmavit: *lib.* 30. *Bullar. ejuſdem Pij II. anno.* 6. *fol* 189.

5. At fruſtrà his immoror, quando, ut dicebam, apertè conſtat de titulo acquiſitionis d. Caſtri factæ à Petro Aloyſio, & quidem per contractum permutationis initæ cum ipſa Rev. Camera. Summus namque Pontifex Julius II., anno 1511., cum in Feudum conceſſiſſet Lucretiæ de Ruvere nepti ſuæ, & Marco Antonio Columnæ illius Viro, eorumque deſcendentibus Civitatem Tuſculanam, Petrus Aloyſius à præfata Lucretia, nedum filiis, ſed ob provectam ætatem carente ſpe quoque illos ſuſcipiendi, pro Cenſu ſcutorum quadringentorum in ſorte, ſibi cedi obtinuit Jura, quæ illi competere poterant ſuper dicta Civitate, licet ob ejus mortem, quæ brevi ſequuta fuit, ad S. Sedem devolvenda eſſet; Quæ ſanè Jura etſi nemo non videat, nullo prorſus numero habenda fuiſſe, nihilominus, quaſi Rev. Camera, maxima cum utilitate recuperaſſet Civitatem Tuſculanam Urbi conterminam, imminentemque, cum ea permutavit Caſtrenſem Civitatem, & Cryptas ad Rev. Cameram pertinentes, ut ex Inſtrumento permutationis celebrato die 7. menſis Martii anni 1537. *lib.* 16. *Inſtrumentorum Cameralium fol.* 3., *&* *lib.* 17. *fol.* 125. *à terg.*, *&* *lib.* 18. *fol.* 20., *&* *fol.* 67., deindeque hìnc indè locorum permutatorum capta fuit poſſeſſio, ut latiùs in dd. Libris Inſtrumentorum Cameralium habetur: at verò ſi permutatio de re noſtra fit, cum alia re, quæ noſtra non eſt, ut illam acquiramus *Calvin. Lexicon. Jur. verb. permutare*, dicendum profectò eſt, quod ſi Petrus Aloyſius in dicta permutatione ceſſit Rev. Cameræ Tuſculanam Civitatem, quam, eo quocumque inani & colorato titulo, acquiſiverat, ut correſpectivè conſequeretur Caſtri Civitatem, & Cryptas, dicendum inquam eſt, quod iſtæ pertinerent ad Rev. Cameram, quæ eaſdem cum Civitate Tuſculana permutavit, quapropter liberum allodium Farneſiæ Domus eſſe nequibant.

6. Ut etiam tale certè non erat *Pianzani* Caſtrum, quod à Gregorio XI. anno 1371., primùm ad tempus ſive beneplacitum, deindè ad decennium conceſſum fuit Ugolino Comiti de Corba-

 rio,

rio; donec nempè ipſi ſatisfactum eſſet de quibuſdam pecuniis, injuncto eidem onere interim ſolvendi annuum Cenſum decem florenorum, ut in *Libro de Curia anni primi Gregorii XI. Epiſtol.* 131., *&* *Epiſtol.* 379.. Idem verò Caſtrum unà cum illo Montis Alti, aliiſque locis à Martino V. anno ſecundo ſui Pontificatus, anno nempè 1419. *lib.* 1. *Offic. fol.* 166. conceſſum fuit Tartaleæ de Lavello in Vicariatum ad Triennium ſub Cenſu unius libræ argenti, & poſtmodùm, anno nempè quarto in Bulla edita 6. Idus Septembris *lib.* 2. *Officior. Martini V. fol.* 152., erecta ab eodem Martino V. Civitate Tuſcanellæ in Comitatum, eique unà cum Caſtro Pianzani, & Montis Alti, annexis cœteris etiam locis in Vicariatu comprehenſis, d. Comitatum conceſſit eidem Tartaleæ pro ſe, & filiis, aliiſque ab illis naſcituris. Demùm anno 1464. Paulus II. 12. Kalend. Novembris, idem Caſtrum Pianzani cum nonnullis aliis ad S. Sedem devolutis, in Vicariatum ad tertiam generationem, & ſub annuo Cenſu unius Crateris argentei conceſſit Gabrieli Franciſco, Petro Aloyſio, & Petro Bertoldo de Farneſiis, ut ex litteris. Dat. Romæ anno 1464. Kalen. Novembris Pontificatus Pauli II. anno primo *lib. Vicariatuum Pauli II.*, *&* *Sixti IV. fol. primo*, illoſque ex Libris Cenſuum Rev. Cameræ Apoſtolicæ probari poſſet Cenſum ipſis impoſitum ſolviſſe uſque ad tempora Leonis X., qui hanc conceſſionem anno 1513. 9. Kalen. Julii ampliavit, majoribuſque auxit prærogativis.

7. At verò, ut dictum eſt num. 3. ſi allodium in eo opponitur Feudo, quod iſtud tenens, ſuperiorem Dominum agnoſcere teneatur; ſi pro allodio gratia nulla, ſervitium nullum, nil denique Superiori ulli Domino præſtandum eſt, utique autem vaſſallus Domino, quem agnoſcit, illa exhibere tenetur, denique ſi in allodiis dominium eſt infinitum, apud vaſſallum verò finitum eſt, ut animadvertit *Cragius*, *&* *Doctores relati in mox citat. num.* 3. quonam colore liberum allodium cenſeri poterit dictum Caſtrum ex liberalitate S. Sedis primùm conceſſum in Vicariatum Tartaleæ de Lavello pro ſe, ſuiſque liberis, deinde verò delato ad Domum Farneſiam ejuſdem S. Sedis beneficio, & quidem

cum

cum onere præſtandi annuum Canonem; & cum Dominio non duraturo in infinitum, ſed limitato ad tertiam generationem juxtà expreſſam conditionem adpoſitam in Inveſtitura, quæ præterea tametſi ampliſſima eſſet, atque in Inveſtitum transferret Dominium infinitum, nulla videlicet temporis præfinitione, aut generationum numero circumſcriptum, ſed tranſmiſſibile ad quoſcumque ſucceſſores; nihilominus excluſa qualitate liberi allodii, favore Domini inveſtientis plenè probat ſupremum, & directum Dominium contrà Inveſtitum *Joann. Gallicus inter conſil. feudal. varior. d. conſ. 2. num. 44., & ſeqq.*, & aliis allegatis probat *Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 105. num. 18., & n. 20., Roſenthal. de feud. cap. 12. concluſ. 14. num. 39.*, & cœteri apud *Thabor. axiom Jur. lib. 9. cap. 112. axiom. 7. ex cap. unic. §. 1. tit. Quid ſit Inveſtitura, & ex cap. 1. de natur. Feud.*, ac ex Jaſone aliiſque dicens, Inveſtituram eſſe optimam probationem Feudi, & actuum, qui de Feudo exercentur, ac facere rem indubitatam, & apertam maximè in negotio antiquo, etiamſi verba non diſpoſitivè, ſed enunciativè ſcripta legantur *Rota coram Seraphino deciſ. 894. per tot.* præſertim verò quando Feudum tenens nonniſi ex dicta conceſſione illius utile dominium, & poſſeſſionem obtinere cæpit: & quod plurimùm etiam urget, agitur de Inveſtitura Feudi facta de loco exiſtente intrà Ditionem Supremi Domini Inveſtientis, hoc namque caſu, allodialitas ſublata ex præſumptione, quæ, ut dicetur in §. 2., ſuper iſtiuſmodi locis favet Domino directo, multo potiori Jure excluſa dicenda eſt ex Inveſtitura ab illo conceſſa, ut præter mox allegatos tradunt etiam *Soccin. conſ. 89. n. 11. lib. 1., Cravett. conſ. 434. in princip., Spad. conſ. 124. num. 6. tom. 2., Joann. Gallic. inter conſil. Feudal. varior. conſ. 2. à num. 24. ad plures ſeqq., Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 105. num. 17., Roſenthal. de Feud. cap. 12. concluſ. 15. num. 80., Rota coram Millin. deciſ. 110., & deciſ. 202. utrobique n. 1., & deciſ. 374. n. 9.*

8. Argumentis hiſce, quibus alia innumera addere poſſem, quæque in re non dubia conſultò omittam, plenè aſſertum videri poſſet Supremum Dominium S. Sedis ſuper Caſtro quoque Montis

Alti comprehenſo, ut dictum eſt, tùm in Vicariatu, tùm in erectione, & conceſſione Comitatus à Martino V. facta Tartaleæ de Lavello; Verùm quanam, non dixerim juſta ratione, ſed quonam colore, dictum Caſtrum dici poteſt jure allodii, atque independentis Dominii poſſeſſum unquam fuiſſe à DD. de Farneſiis, quando è contrario evidenter conſtat, idem non niſi precariis, ac temporariis titulis, brevi quidem doraturis, ab illis aliquando poſſeſſum, rediiſſe ſub plenam poteſtatem, & liberum, Supremumque Dominium S. Sedis. Illud enim jam ad eam devolutum ab Eugenio IV., in Bulla edita 4. Idus Januarii anni 1433. ad quinquennium conceſſum fuit Raynutio quondam Petri de Farneto ad poſſidendum, tenendum, regendum &c. cum facultate exigendi, & percipiendi fructus, illoſque in proprios uſus convertendi, donec Rev. Camera eidem reſtitueret undecim mille, & noningentos florenos, quorum Creditor erat, ob ſtipendia ipſi debita: duobus ferè poſt annis, priori huic conceſſioni ſuperaddita fuit facultas extrahendi frumenta, aliaſque res, & fruges in dicti Caſtri Territorio colligendas, ut ex alia Bulla ab eodem Eugenio IV. Florentiæ data 4. Kalend. Decembris anni 1435. Titulus iſte, ut erat temporarius, & revocabilis, ſublatus fuit regnante Nicolao V. ſucceſſore Eugenii, illi enim Raynutius ſe reſtituturum promiſit dictum Caſtrum, dummodò Camera pro reliquo ſuo credito ipſi perſolveret florenos novem mille; Summus itaque Pontifex illud recuperare cupiens, delegavit Theſaurarium Provinciæ Patrimonii, qui ex illius proventibus dictam quantitatem Raynutio perſolveret, ut in Bulla anno 1447. 18. Kalend. Novembris edita Pontificatus anno primo *lib. 22. Bullar. Nicolai V. fol. 192.* Raynutius itaque non niſi jure quodam pignoris, quod nec in re ſua datur, nec dominium transfert in Creditorem *lege quis ſit fugitivus 17. ff. de Edilit. Edict., & leg. pignus 8. Cod. de pignorat. action.*, dictum Caſtrum poſſedit: idemque poſtquam conſequutus fuit integrum Creditum, fidem ſuam liberando illud reſtituit Rev. Cameræ Apoſtolicæ, ut legitur in annotatione, margini præfatæ Bullæ adpoſita his verbis = *Caſſa de mandato Domini Noſtri Papæ,*

quia

quia ſatisfactum eſt Raynutio , *reſtituitque Caſtrum Montis Alti* = qua porrò adnotatione planè probata dici debet tam perfecta ſolutio ex parte Cameræ, quam reſtitutio Caſtri ex parte Raynutii ad *Text. in leg. Si Chirographum ff. de probationib.*, *Alexand. conſ.* 14. *n.* 17. *verſ.* 8. *contrà lib.* 6., & *conſ.* 104. *n.* 6. *verſ. Ubi volunt lib.* 7.

9. Jàm verò recuperato per Sedem Apoſtolicam pleno, ac utili illius Dominio, & poſſeſſione, plena paritèr Juriſdictio in eo deinceps exercita ab ipſa fuit cum libera fructuum perceptione, donèc anno 1535. menſe Auguſto, miniſterio Præſidentium, & Clericorum Cameræ, ſub annuo Cenſu unius Crateris argentei, in Feudum nobile conceſſum fuit Petro Aloyſio Farneſio uſque ad quartam generationem incipiendam ab ejus filiis, quam conceſſionem confirmavit Paulus III. *Lib.* 1. *diverſ. Pauli III. fol.* 239., deindeque die 13. menſis Februarii anni 1537. *Lib.* 31. *diverſ. Clementis VII.*, & *Pauli III. fol.* 134. Petrus Aloyſius juramentum præſtitit fidelitatis. At verò ſi Caſtrum iſtud à Domo Farneſia poſſidebatur jure liberi allodii, cujus Dominium erat infinitum, qua ratione idem Paulus III. iſtiuſmodi infinitum Dominium finito tempore, illo nimirùm quartæ generationis circumſcripſiſſet?

10. Quod attinet ad Caſtrum *Capitis Montis*, illud S. Sedis Supremo Dominio ſubjectum fuiſſe perſpicuum fit ex Libris Rev. Cameræ Apoſtolicæ, inter quos aſſervatur Liber, in quo à Theſaurario Provinciæ Patrimonii illius proventus adnotati repeririuntur; ex eodem enìm ab anno 1331. ſub Joanne XXII. confecto, apparet præfatum Theſaurarium, pluriès conceſſiſſe licentiam, ac facultatem extrahendi à dicto Loco Frumenta, & Fruges, quod ſanè ſuperlativum eſt argumentum Supremi Dominii, cùm talis facultas ſit de regalibus, & ad ſolum Supremum Principem pertineat permittere Annonæ extractionem ex Locis, quæ ejus Dominio ſive immediato, ſive mediato ſubjecta ſunt *Burgos de Paz. conſ.* 16. *num.* 4., & *ſeqq.*, *Balmaſeda in tract. de Collectis quæſt.* 8. *num.* 15., apud quem alii *Oſaſcb. deciſ.* 164. *num.* 16., & *ſeq.*, *Franciſc. à Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 5. *de*

Tract.

Tract. num.30., & 41., Maſtrill. de Magiſtrat. lib.5. cap. 9. num. 36., Capyc. in ſua Inveſtitur. in verſ. cum Juribus Tractarum fol. mihi 114., Seraphin. Maſſin. de confiſcat. quæſt. 18. à num. 55. ad plur. ſeqq., Cancer. variar. reſolut. part.3. cap. 13. de jurib. Caſtror. num. 264., Capyc. Latr. conſult. 67. num. 1., Creſp. de Valdaur. obſervat. 40. num. 3., Vizzan. de mandat. Princip. cap. 4. §. 1. num. 9. fol. 142., Reverendiſs. Zaul. obſervat. ad rubr. 41. lib. 4. num. 273., apud quos traditur etiam dictam facultatem, niſi expreſsè conceſſa legatur in Inveſtitura, comprehenſam minimè intelligi, quinimò etiam quum conceſſa eſt, nè Subditi deficiantur Annona, ſuſpendi, ac revocari poſſe.

11. Non abſimili argumento deſumpto ex dicto Libro, *Biſentii* Caſtrum ſub Dominio S. Sedis extitiſſe probatur: & prætereà evidens argumentum iſtiuſmodi ſubjectionis reſultat ex eo, quod dictum Caſtrum, dans quoque nomen Inſulæ nuncupatæ Biſentinæ dirutum fuit vigore Sententiæ latæ ab Urbano IV. in pœnam atrocis criminis patrati à Jacopo Biſentio dictorum Locorum Domino, qui proditoriè occiderat Guiſcardum de Petra Sancta Gubernatorem Provinciæ Patrimonii, ut perſpici poteſt ex Regeſtro ſervato in Archivio Vaticano unà cum dicti Urbani IV. Sententia. Deindè Bonifacius VIII. Inſulam, quæ priùs vocabatur Biſentina, Urbanam nuncupavit, & denique Joannes XXII. Diplomate dato Avenioni anno 1308. conceſſit facultatem transferendi ad Terram Marthæ lapides, & cęmenta Caſtri Biſentini jàm diruti, ut illis conſtrui poſſet Arx, quæ in dicta Terra extat. Idemque anno 1322. mandavit Rectori Patrimonii, ut nonnullos Subditos, & Loca, quæ rebellaverant, inter quos Biſentini, ad obedientiam revocaret *Lib. ſecreto Joann. XXII. anno 7. fol. 330. à terg.*. Ambigi itaque nequit quin reſpectu dictorum Locorum plenè aſſertum, atque conſtabilitum dici debeat Supremum S. Sedis Dominium.

Pro-

Google

§. II.

Probatur Dominium Rev. Cameræ etiam quoad alia quædam Loca, quæ aſſerebantur Domus Farneſiæ allodia libera, atque à cujuſvis Supremi Domini ſuperioritate exempta.

12. Etſi, quod attinet ad Caſtra *Theſei*, *Pigenovani*, *Monzani*, *Arleæ*, *&* *Civitellæ* allatæ non fuerint Conceſſiones, atque Inveſtituræ à Sancta Sede de eiſdem extraditæ, quas tamèn reperiri aliquandò poſſe crediderim; attamèn allodialitas illa, & totalis independentia à Dominio directo, & Supremo Romanæ Eccleſiæ, qua partem Ducatus Caſtrenſis potitam fuiſſe, & qua utpotè confirmata in Inveſtitura, hodiè dùm gaudere debere dicitur, ut ex verbis illis ſupplicis Libelli = *La quale prerogativa, e qualità della parte ſudetta di queſti Stati fù confermata nell' accennata Inveſtitura, e però dourebbe ancora reſtar viva, & illeſa* =. Allodialitas inquam illa, non eſt cur ampliùs obtendatur, ea namque abrogata penitùs dici poſſet ſolemni facto ipſius Pauli III.; Poſt enim Bullam erectionis dicti Ducatus editam die ultima menſis Octobris anni 1537., in qua libera iſthæc allodialitas aſſeritur, idem Summus Pontifex in Decreto deindè, die videlicèt 19. menſis Decembris ejuſdem anni facto in Conſiſtorio ſuper approbatione, & confirmatione dictæ erectionis, & ab Alexandro Farneſio tunc Vice-Cancellario deſcripto inter Acta Conſiſtorialia, expreſsè declaravit, quòd ſuper univerſis Locis ſub dicto Ducatu comprehenſis præſervatum intelligeretur Supremum Dominium S. Sedis, ibi = *Reſervato tamèn Sedi Apoſtolicæ Supremo Dominio* =, quæ clauſula paritèr legitur in Cedula Motus proprii, quam idem Paulus III. ſignaverat primo loco per verbum *fiat*, ibi = *Salvo tamèn Supremo Dominio, & fidelitatis juramento præſtando* =, propterea que virtute iſtiuſmodi Supremi Dominii in eodem Decreto agniti, Duces Caſtrenſes æquiparati fuere aliis Baronibus, & Domicellis Romanis, illos ſubjiciendo jiſdem oneribus, quibus dicti Domicelli,

li, qui mediato Dominio S. Sedis certè ſubſunt, ut apud *Spad. conſ.* 1. *lib.* 1., & frequentèr alibi apud eundem, & alios, obnoxii reperiuntur, ibi = *Cum Decreto quoàd illa tantùm onera ſubeunda, quæ alii Barones, & Domicelli Romani, qui in dicto Urbis Diſtrictu conſtituti ſubeunt*.

13. Profectò cùm declaratio, ſive interpretatio literarum Apoſtolicarum ad alium non ſpectet, niſi ad ipſum Summum Pontificem, qui illas dedit *Panormitan. in cap.* 1. *num.* 28. *verſ. ſed adverte, & verſ. itèm puto, ubi Gloſſ. in verb. interpretatur de poſtulat. Prælator., & alia Gloſſ. in Canon. ſicut enìm cauſ.* 11. *quæſt.* 1., *& in cap. final. verb. declaramus de Conſtit.*. Ex dicto Decreto, juſta ratione conjicere poſſumus, Summum Pontificem, vel voluiſſe corrigere aſſertionem liberæ allodialitatis dictorum Locorum per errorem in Bulla erectionis Ducatus Caſtrenſis factam, aut ſubreptitiè, proùt perſæpè contingit, extortam, quæ porrò intelligentia planè noſtræ hypotheſi congruere videtur, quia Supremum Dominium, de quo loquitur idem Decretum, non per viam conceſſionis, ſed aſſertum fuit S. Sedi, per viam reſervationis, quæ ex nota regula ſupponit præexiſtentiam rei, & juris præſervati; *quia quod non eſt, præſervari non poteſt*, ut ait *Cravet. conſ.* 226. *num.* 6.. Vel certè dicendum eſſet, virtute ejuſdem Decreti illam penitùs abolitam fuiſſe, & quidem ab eo, qui id faciendi plena poteſtate pollebat. Ambigi enìm nequit quìn, ut cœtera Bona patrimonialia, nedùm Caſtra, & Loca juriſdictionalia ab eorum Dominis, & Poſſeſſoribus alterius directo Dominio ſubjici poſſint, ut edocemur illo apud noſtros uſitato vocabulo *appodiationis*, qua Eccleſiæ tutelæ, ac protectioni eadem paſsìm commendata reperiuntur: verùm etiam majora Feuda, Principatus videlicèt, quinimò ipſa Regna, ſi allodialia ſint, atque patrimonialia, feudalia effici poſſunt, & pro his præſtari Hominium *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac. lib.* 2. *cap.* 7. §. 20., ubi *Teſmerus lit. D., & lit. F.* inquiens = *Hæc ſumma eſt* §. *Hujus, licèt natura, & qualitas Regni immutetur ex: gr: ex allodiali fiat feudale, jus tamèn ſuccedendi non mutari, ſed manet illud, proùt fuerat ab initio* =, ut-

que

que proſequitur idem *Grotius* §.21. Regnum feudale effectum ab eo, qui plenè Dominus erat, ſubjicitur etiam legibus feudalibus. Rectè igitur Paulus III., (qui dicta Loca poſſediſſe aſſeritur liberi allodii jure, ac Dominio, adeò quidem ut *liberè eo uti, vel abuti poſſet ex animi ſui Sententia*, ſicuti loquitur *Cragius in Jus feudal. lib.1. tit.9. §.12. circa med.*, *Puſendorf. de Jur. natur., & gent. lib.7. cap.6. §.16. poſt med.*, ibi = *Iſta quoque Regna in Patrimonio numerata ſunt, circa quæ pro libito alienanda imperantes diſponendi facultatem acceperant, quod in hoc ſumma Dominii vis poſita intelligeretur* =, *aliique allegati ſuperiùs num.3.*), ſublata penitus ſuppoſita allodialitate, ſuique pleni Dominii jure liberè utendo, eadem ſubjicere potuit directo, ac Supremo Dominio S. Sedis: quam deindè ſubjectionem planè ſemper agnoverunt Sereniſſimi Duces Parmenſes, in ipſis namque Motibus propriis, quorum vigore illis conceſſa fuit facultas erigendi Montes Farneſios, enumeratis Locis omnibus, ex quibus in Bulla Pauli III. conflatus fuerat Ducatus Caſtrenſis, iidem ſubjecti dicuntur Dominio mediato S. Sedis, quæ in illis, ut in Caſtris aliorum Baronum Romanorum, Juriſdictionem tùm Civilem, tùm Criminalem exercuit, ut dicitur *num.*47.

14. Verùm hæc innuere volui, non ut indè, veluti è ſuo fonte, Supremum Dominium S. Sedis petendum eſſe rear; ſed ut demonſtrem ſilentio præteriri potuiſſe allodialitatem in dicto ſupplici Libello adeò prædicatam; & ea ſanè mente, ut colore aliquo acquiſitio, & retentio utilis Dominii dictorum Ducatuum facta à S. Sede tamquàm injuſta redargui queat: contra verò petitioni, & precibus à Sereniſſimo Duce Parmenſi Sanctitati Suæ porrectis, aliqua juſtitiæ, aut æquitatis ſpecies obtendatur. Nàm ſi de dicto S. Sedis Dominio Supremo, atque directo agendum eſſet, longè ſanè altiori ab origine illud repetere poſſemus. Quippè Loca, de quibus agitur, ſita ſunt intrà ambitum Provinciæ Patrimonii, quæ in Tuſcia exiſtit, quæque tota cum univerſis Civitatibus, Caſtellis, Oppidis, ac Villis in ea exiſtentibus pertinebat ad Romanam Eccleſiam ex Donatione Pipini Avi,

Digitized by Google

& Caroli Magni Genitoris Ludovici Pii Imperatoris, qui illam confirmavit anno 817., ut legitur in *Canone Ego Ludovicus* 30. *diſtinct.* 63. verbis illis = *Ego Ludovicus Imperator Auguſtus ſtatuo, & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi Beato Petro Principi Apoſtolorum, & per te Vicario tuo D. Paſchali Summo Pontifici, & univerſali Papæ, & Succeſſoribus ejus in perpetuum ſicut à Prædeceſſoribus noſtris uſque nunc in veſtra poteſtate, & Ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Romanam Civitatem cum Ducatu ſuo, & Suburbanis, atque Viculis omnibus, & Territoriis ejus Montanis, & Maritimis, Littoribus, & Portubus, ſeù cunctis Civitatibus, Caſtellis, Oppidis, ac Villis in Tuſciæ partibus.* = Donatio hæc integra, & emendata refertur à *Baronio annal. tom.* 9. *ad dictum annum* 817. *fol. mihi* 652., *& ſequen. juxta Roman. impreſſ.*, in eaque præter Provincias, & Loca in *dicto Canone Ego Ludovicus* relata, Romanæ Eccleſiæ donatus reperitur Exarcatus Ravennæ, atque Inſulæ Corſicæ, Sardiniæ, & Siciliæ, unà cum Patrimonio Beneventano, & Salernitano, Patrimonio Calabriæ inferioris, & ſuperioris, & Patrimonio Neapolitano, & uniuerſa *ubicumque in partibus Regni, atque Imperii Patrimonia veſtra eſſe noſcuntur*; ità quidem, ut præfatus Imperator in Donatione iſta complectente tot Provincias, & omnes adjacentes Inſulas, Regnum dumtaxàt Longobardicum excepiſſe videatur. Donationi, ſive confirmationi factæ à Ludovico Pio acceſſere deindè illæ anno 962. ab Othone Magno, & anno 1014. à Sancto Henrico Imperatoribus celebratæ; quarum prima refertur à *Cardinali Baronio annal. tom.* 10. *ad dictum annum* 962. *fol. mihi* 764.: altera verò apud eundem legitur ad *dictum annum* 1014. *fol. mihi* 48., *& à Sigonio lib.* 6., *ac lib.* 8. *ad eoſdem annos.*

15. Haſce verò Donationes effectu minimè caruiſſe, perſpici poteſt tùm ex pleno, & immediato Dominio Provinciarum, quod uſque in hodiernam diem S. Sedes retinuit, ac retinet: tùm etiam ex illo alto, & Supremo Dominio, quo reſpectu Inſula-

rum

rum Sardiniæ, & Corſicæ per plura ſæcula potita fuit: reſpectu verò utriuſque Siciliæ Regnorum hodie dum Romana Eccleſia potitur. Virtute namque Roberti Guiſeardi, ſuorumque Nortmannorum, ex dictis Regnis expulſis Saracenis, Græciſque, qui Romanæ Eccleſiæ æquè hoſtes erant: agnoſcens ille Supremum Dominium, & Jura S. Sedis, quam Pipinus, cœterique mox relati Imperatores per dd. Donationes reintegrare conſtituerant de Patrimoniis in eiſdem Regnis ab illa poſſeſſis, quorum pluribus in locis meminit *S. Gregorius Magnus lib. videlicet primo Epiſtolar. Epiſt.* 2. 3. 9. 44. 46., *&* 70. *lib.* 2. *Epiſt.* 32. *lib.* 5. *Epiſt.* 8. *lib.* 9. *Epiſt.* 18., *&* 60. *lib.* 13. *Epiſt.* 21., *&* 34. *edition. nov.*, quæque ab Imperatoribus Iconoclaſtis occupata reperiebantur: Ille, ut dicebam, agnoſcens Jura S. Sedis, anno 1059. à Nicolao II. Inveſtituram obtinuit, impoſito eidem annuo Cenſu Romanæ Eccleſiæ ſolvendo, ut apud *Baron. ad d. ann. tom.* 11., quem deinde Cenſum accepta Inveſtitura, Reges omnes, tùm ex ſtirpe Nortmanna, tùm Sveva, Andegavenſi, Aragonenſi, & Auſtriaca ſolverunt, ut locupletes teſtes ſunt Scriptores hiſtoriæ Regni Neapolitani, quos refert, & ſequitur *Ageta in annotat. ad deciſ. Moles pro Reg. Ærar. par.* 4. §. 26. *num.* 13., *& ſeqq. fol. mihi* 4., *& ſeq.*

16. Quamobrem, quod attinet ad Tuſciæ, aliaſque Provincias expreſsè compræhenſas in dd. omnibus Donationibus, non temerè conjici poſſe crediderim, quòd cum recens eſſet illarum, & præſertim poſteriorum memoria: idcircò piiſſima illa, ac felicis in æuum recordationis Comitiſſa Mathildes non tam donare, quam reintegrare, ac reſtituere cupiens Romanam Eccleſiam poſſeſſioni, & Dominio Locorum, quæ ab ejus Patre, & Avo tranſmiſſa ad eam fuerant, anno 1077. univerſum ſuum Patrimonium, donavit Gregorio VII., illud Romanæ Eccleſiæ nomine recipienti; quam Donationem, licet publicis conſignatam monumentis cum ipſa audiviſſet ſublatam, atque deperditam, anno 1102. renovandam curavit ſub Paſchale II. novo Diplomate, quod refertur à *Baronio tom.* 12. *annal. ad d. ann.* 1102. *fol.* 27., & integre etiam legitur apud *Leibnitz de ſcript. Branſuich*

pag.687., *& ſeq.* Profectò ſi cœteri ſuperius relati tituli deeſſent, ſolus iſte deſumptus ex Mathildica Donatione exuberaret pro conſtabiliendo Supremo S. Sedis Dominio, ſæculorum, quæ deindè decurrerunt, poſſeſſione, & auctoritate confirmato.

17. Neque verò Supremum hoc Dominium præclariſſimis hiſce titulis ità in Romanam Eccleſiam translatum, ut nullis amplius apud transferentem illius reliquiis manentibus, idem in ipſa tamquam in majori corpore plenè conſolidatum diceretur, benè *Bald. conſ. 345. num. 2. lib. 1.*, & de his Donationibus loquens ſcripſit *Thomas Cragius in Jus feudal. lib. 1. tit. 9. §. 12. poſt med.* ibi = *Donationes tamen illæ, quæ à Pipino, Carolo Magno, & Lothario Regibus Francorum, Romanis Pontificibus de ipſa Urbe Roma, deque aliis Longobardorum Regum, quos everterant, præcipuis Urbibus factæ fuerunt, mera erant allodia, quippè cum concedentes nihil ſibi retinuerunt &c.* = & ex profeſſo docuit *Spada conſ. 1. num. 19. conſ. 5.*, *& conſ. 6. per tot. lib. 1.* ullo pacto convelli, aut ulla ex parte imminui potuit violentis uſurpationibus factis ab Imperatoribus: nam etſi Donatio iſthæc *in primis cauſa ſeminandi inter Pontificem, & Imperatorem odii initium fuit*, ut habetur ex Leone Hoſtienſe, teſte his contemporaneo, *lib. 3. cap. 48.*, ideoque mortua Mathilde, Henricus IV. Imperator jam perculſus anathematis telis in eum jactis à Paſchali II. in Concilio apud Lateranum die 18. menſis Martii anni 1112. celebrato, ut ex Baronio ad dictum annum, Patrimonium Beato Petro donatum invaſiſſet, evocatus ab Italis, qui Tyrannidem, qua plurima loca occupaverant, non niſi Imperatoris potentia confirmari poſſe ſperabant, teſte *Sigonio hiſtoriarum de Regno Italiæ lib. 10.*, *& Uſpergenſe ad ann.* 1115. = *Intereà directi ab Italia Nuncii obitum illius inclytæ Mathildis nunciantes, ad ejuſque Prædiorum Terras ampliſſimas hæreditario Jure poſſidendas Cæſarem invitant* = quod & ab aliis etiam Imperatoribus factum deindè fuit; nihilominus violenta iſthæc poſſeſſio rectè ab *Hug. Grotio de Jure bell.*, *& pac. lib. 2. cap. 4. §. 9. deſultoria*, & ibi ab Ulrico Obrechto ex veterum J. C. ſententia uſurpatio nuncupata, perimere nunquam valuit jura S. Sedis, ex ea

nam-

namque induci non potuit ceſſatio tituli, aut poſſeſſionis, quæ ſemel adepta, civiliter ſemper, videlicet animo, à Summis Pontificibus retenta fuit, ut optimè *Grot. loc. mox citat.*, ibique *Boclerus*, & expreſsè definitur *in leg. licet* 4. ibique latè *Caſtrenſ. Cod. de acquirend. poſſeſſion.*, *Balb. de præſcription. inter tract. magn. tom.* 17. *fol. mihi* 166. *num.* 10. aliique innumeri, qui afferri poſſent.

18. Quamobrem imperante Lothario II. cum nova lux Eccleſiæ affulſiſſet, pax eidem parta fuit, ex *Helmoldo lib.* 1. *Chronic. Slau. cap.* 41. ajente = *Cæpitque in diebus Lotharii Cæſaris oriri nova lux non tam in Saxoniæ finibus, quam in univerſo Regno tranquillitas temporum, abundantia rerum, pax inter Regnum, & Sacerdotium* =. Pace itaque, & quidem præcipuè Abbatis Sancti, Divi nempè Bernardi auctoritate conciliata, ut ex *Bernardo Boneval. in Vita S. Bernardi lib.* 2. *cap.* 1., Romanaque Eccleſia reintegrata, Innocentius II., ut beneficiis acceptis ampliores etiam gratias rependeret dicto Lothario, ob auxilium Eccleſiæ præſtitum, retento Supremo Dominio, conceſſit eidem allodium à Comitiſſa Mathilde S. Sedi donatum *Spondan. Epitom. Baron. ad ann.* 1132., & 1133. ſic inquiens = *Porrò eo quoque tempore eundem Pontificem allodium Comitiſſæ Mathildis, quod ipſa Apoſtolicæ Sedi donaverat, eidem Imperatori ob præſtitum Eccleſiæ auxilium conceſſiſſe apparet ex ejus Diplomate dato Laterani* 6. *Idus Junii: quo conſtat ità illud conceſſum eſſe, ut tamèn Imperator centum libras argenti ſingulis annis Apoſtolicæ Sedi pro illo exſolveret, & poſt ipſius obitum proprietas, ac Jus, & Dominium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ abſque ulla diminutione reverteretur; Quod ſimilitèr conceſſit eodem Diplomate Henrico Duci Bavariæ ipſius Imperatoris Genero iiſdem Cenſus, & reverſionis conditionibus, nec non Dominii, & fidelitatis Romanis Pontificibus jurandæ.*

19. Hac profectò precaria, atque temporaria conceſſione ad vitam ab Innocentio II. facta Lothario Imperatori, & Duci Bavariæ ipſius Genero, nedùm cum onere exſolvendi Cenſum centum annuarum librarum argenti, & Hominii, ac fidelitatis Ro-

ma-

manis Pontificibus jurandæ, ſed cum reverſionis conditione, evidens, & apertum redditur Supremum Dominium Romanæ Eccleſiæ: Niſi enim dicere velimus Lotharium fuiſſe Dominum directum, & Feudatarium ſui ipſius, fateri ſanè cogimur, onera ab Innocentio II. dictæ conceſſioni adpoſita eſſe certiſſima, atque omnium, hujus Supremi Dominii, præſtantiſſima ſigna, ut de Juramento fidelitatis traditur in rubrica, & nigro de forma fidelitatis in *uſib. feudor.*, & ibi Scribentes *Pariſ. conſ.* 21. *num.* 24. *lib.* 1., *Roland. conſ.* 85. *in princ. lib.* 4., *Bero conſ.* 115. *num.* 8. *lib.* 1., *Marta conſ.* 10. *à num.* 21., *& ſeqq.*, *Spada conſ.* 126. *n.* 12. *tom.* 2., *Joann. Gallic. inter conſil. feudal. varior. conſ.* 2. *à num.* 25. *ad plures ſeqq.*, & de Hominio, ſive Homagio docent *Mart. d. conſ.* 10. *num.* 22. *Theſaur. quæſtion. forenſ. lib.* 3 *quæſt.* 105. *num.* 24., *Roſenthal. de feud. cap.* 12. *concluſ.* 15. *num.* 85. Ut etiam idem probatur ex annuo Cenſu librarum centum argenti *cap. Cum olim. de Cenſib.*, *Alexand. conſ.* 8. *num.* 1. *lib.* 7., *Roman. conſ.* 127. *in princip.* ubi refert eſſe verba *Baldi in leg. indicia Cod de rei vindicat.*, *Spad. conſ.* 124. *num.* 4. *tom.* 2., *de Monte de fin. regun. cap.* 52. *num.* 7. Et de reverſione demùm, ſive conſolidatione utilis Dominii vigore Inveſtituræ, facienda cum directo, probatur ex allegatis *num.* 3., *& num.* 7.

20. At verò vindicato Comitiſſæ Mathildis Patrimonio à violentis uſurpationibus, poſt Lotharium à Federico Enobardo, aliiſque etiam factis, & reſtituto Romanæ Eccleſiæ Dominio quoque utili, ac poſſeſſione Provinciæ, quæ etiam hodie dicitur *Patrimonium Divi Petri in Tuſcia*, ambigi profectò nequit, quin Loca, & Caſtra, de quibus agitur, nullo unquam tempore eſſe potuerint libera allodia Gentis Farneſiæ, ſed niſi doceatur illa ab ipſa poſſeſſa fuiſſe antè Imperatorum, & Comitiſſæ Mathildis Donationes, quinimò in ipſam translatum quoque fuiſſe Supremum, atque altum Dominium, quod apud ſupremos dd. locorum Dominos manebat, ajendo fortè Farneſiis id conceſſum, quod Romanæ Eccleſiæ datum negaretur (quod nemo non videt, nedùm ab omni veriſimili ratione aberrare, ſed impoſ-

poſſibile prorſus eſſe) dicendum ſanè eſt illa obnoxia ſemper fuiſſe ſuperioritati, ac directo, & Supremo Dominio S. Sedis, ſequentium ſæculorum poſſeſſione confirmato: quorum propterea vigore eadem S. Sedes de jure communi fundatam habet intentionem in omnibus Civitatibus, Locis, & Caſtris exiſtentibus in Ditione Eccleſiaſtica *Andr. de Iſernia ad Conſtit. Regn. Sicil. lib.3. in Gloſſ. verb. communi Jure*, ibi = *Nàm de jure communi fundata eſt intentio Regis ſcilicèt, quod ſint de Demanio ſuo, ex quo ſunt conſtituti in Demanio ipſo, vel in Territorio ipſius Demanii* =, & poſt *Hoſtienſ. Abb. in Cap. diligenti num.2. de præſcript., & conſ.82. lib.1., Caſtrenſ. conſ.179. col.5. ſub num.5. verſ. ſecunda ratio lib.1., Ruin. conſ.22. num.7. lib.1., Natta conſ.460. num.10., & ſeq., Spad. conſ.3. num.1., & ſeqq., & conſ.4. num.1., & 16. lib.1., Rota coram Puteo deciſ.314. lib.2., & diverſ. part.1., deciſ.600. num.6.*, ac de quolibet habente Supremum Dominium tradunt *Canoniſtæ in Cap. Cùm venerabilis de religioſ. Domib.*, *ac in dicto Cap. Si diligenti de præſcript., Roland. conſ.89. num.1., & ſeq lib. 2., Menoch. conſ. 2. num.3., & ſeqq., & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 14. num.1., Spad. conſ.4. num.16. lib.1., Roſenthal. de Feud. cap.5. concluſ.4. num.1., Solorzan. de Jur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.28. num.41., & lib.4. cap.3. num.30., Kloch. de contribut. cap.4. num. 241., Merlin. Pignatell. controv. Jur. tom.1. cap.13. num.15., & ſeq., Borell. in Summ. deciſ. tom.1. tit.41. nu.127., Faiard. allegat. fiſcal. part.2. allegat.33. num.460., & ſeqq.*, adeò quidem ut præſumptio iſthæc dicatur plena probatio *Dec. in leg.1. num.63. ff. ſi cert. petat., Cravet. de antiquit. tempor. part.1. §. ultim. num. 37., & ſeq.*, quem refert, & ſequitur *Spad. dicto conſ.3. num.2.*, qui ferè omnes utuntur, tùm argumento ducto ex *famigerato Canone omnes Baſilicæ 10. cauſ.16. quæſt. 7.*, tùm etiam familiari exemplo Prælati inferioris, qui ſe parem faciendo Epiſcopo, in cujus Diœceſi eſt, acephalus fieri nequit.

21. Imò verò Jura noſtra adeò favent Supremo Domino, ut omnimoda iſthæc independentia à Superioritate, atque alto Dominio

nio illius, in cujus Demanio, ac Ditione Caſtrum aliquod ſitum reperitur, nec conceſſione, nec præſcriptione quæſita unquam cenſeri poſſit. Non quidem conceſſione (quæ nec allegatur, nec poſſet allegari,) quia Superioritas iſta, atque Suprema Juriſdictio, nedùm ipſi perſonæ, & ut noſtri dicunt, oſſibus Supremi Principis, hærere dicitur, ſed adeò pertinet ad ipſam formam ſubſtantialem, & eſſentiam Majeſtatis ſummæ, ut inſeparabilis ab illa omninò ſit, quantùm eſſentia rei ab ipſa re, ideoque quantamcumque Supremus Princeps poteſtatem alteri tribuat, ſemper penès ſe retinet eandem, imò majorem, ut reſcripſit *Bonifacius VIII. in Cap. Dudum* 14. §. *Nos igitur de Præbend. in* 6., ubi Summus Pontifex ità loquitur *Nos igitur attendentes, quod etſi memorato Epiſcopo prædictam conceſſimus poteſtatem, nihilominùs remanſit major licèt eadem poteſtas etiam in prædictis, propter quod noſtra, qui eandem præoccupavimus poteſtatem, potior debet eſſe conditio*:, ubi *Barb. ſ. num.*4., *Paſſerin. num.*9., *Felin. in Cap. Paſtoralis num.*2. *de offic. ordinar.*, *Bald. in Cap. Licèt cauſam ſub num.*7. *verſ. itèm non poteſt deprobation. idem conſ.* 326. *in fin. lib.* 2., *Roman. conſ.* 24. *num.*14., *Natt.conſ.*487.*num.*26., *Menoch.conſ.*604.*num.*14., & *ſeqq.*, *Spad. in conſil. de Juriſdict. Roman. Baron.*, *quod eſt primum lib.*1. *num.*13., & *ſeqq.*, *Covaruu. practicar. quæſtion. cap.*1. *num.*9., & *ſeq.*, *Boſſ. de regal. num.*24., *Sixtin. eodem tract. lib.*1. *cap* 5. *num.* 3., & *ſeqq.*, *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.*1. *tit.*3. *num.*75., *Andr. Knich. de Saxonic. non provoc. Jur. cap.*13. *in verſ. utrumque*, *Scipio Rovit. ad Jus Neapolit. lib.*2. *de Official. Conſtitut. ea, quæ, num* 40., & *ſeqq.*, *Grammat. deciſ.* 40., *Robuſter. in Voto ſuper Juriſdict. Roman. Baron. inter deciſ. collect. poſt* 2. *volum. conſil.* *Farinacc. la* 27. *num.*3., cum aliis, quos pleno calamo allegat *Fraſſo de Reg. Patron. Indiar. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 7., & *ſequentib.*, & *num.* 26., & *ſeqq.*

22. Diſtinguenda namque ſunt duo Jura, quæ Rex, aut Supremus quilibet Princeps habet, alterum nempe, quod habet in illo Caſtro, vel Civitate, quam concedit tamquam illius particularis

Do-

Dominus : alterum verò, quod habet in toto ſuo Regno, & Principatu tamquam univerſalis, & Supremus Dominus : primum ritè concedere poteſt, illud tamen concedendo, ſemper retinet aliud tamquam pertinens ad formam, & eſſentiam majeſtatis ſummæ, à qua eſt inſeparabile *Scip. Rovit. loc. mox citat.*, *Menoch.conſ.604.num.14.*, *Spad.dicto conſ.1.num.17.*, *& d. Vot. Robuſt.num.23.*

23. Quoniam verò correlativa ſunt acquiſitio Juris per Principis conceſſionem, & illa, quæ fit vigore præſcriptionis, nam quidquid privilegio eſt conceſſibile, eſt etiam præſcriptibile,& è converſo, ut ad rem poſt Bovadillam obſervat *Lagunez de fructib. par.1.d.cap.17.num.13.* indè certè ſequitur, quod ſi Supremum iſtud Dominium Principis privilegio concedi nequit, nec etiam præſcriptione acquiri valeat, nam *cum omnis præſcriptio, & uſucapio ſit merum inventum Juris civilis*, *Vaſq. lib.1.cap.51. num.23.*, *& ſeqq.* leges propterea de præſcriptione, aut uſucapione conditæ pertinere nequeunt ad ſummum imperium acquirendum, præſcribendumque, ut rectè *Hug. Grot. de Jur. Bell., & pac. lib.2.cap.4. §.12. num.1.in fin.* inquiens = *Neque ullam vidi legem civilem de præſcriptione agentem, quæ ſummum imperium compræhenderet, aut compræhendere voluiſſe probabiliter cenſeri poſſet*, ubi *Ulric. Obrechtus*, & benè *Teſmerus litt.B.* ait Grotium rectè negare leges civiles de præſcriptione, & uſucapione latas *prodeſſe contra jura Majeſtatis, ex. gr:, ut Subditus deneget eſſe Subditus, ut vocatus in Jus non eat &c., & ſimilia deneget, quæ Rex jure Summi Magiſtratus exigit à Subditis*, deindeque rem uberiùs explicando proſequitur his verbis = *Rationibus ergò à Grotio allatis, & mox examinandis addimus cum Henrico Henninges omnia requiſita deeſſe præſcriptioni hujuſmodi, videlicèt quoad Subditum præſcribere volentem, eſſe eum ſubjectum inhabile &c. quoad rem præſcribendam, eſſe eam extra commercium privatorum, & quidem ejuſmodi, ut poſſideri à Subdito nequeat, jàm verò ſine poſſeſſione nulla datur præſcriptio. Ut taceam fieri non poſſe, ut Subditus ſit in bona fide, dùm invadere, & præſcribere vult rem, quam ſcit Divina, &*

humana lege pertinere ad ſe non poſſe., & demùm *lit. F.* poſtquam pluribus argumentis confirmaverat Grotii ſententiam, ſubdit Supremum Principem nunquàm præſumi, quod velit, imò nec etiam poſſe ſe ſubmittere legibus de uſucapione latis - *Legum Auctores*, (ſunt ejus verba ,) *tunc demùm ſubmittere ſe velle videntur legibus, quando agitur de rebus univerſalibus, & quas habent communes cum Subditis ex: gr: in materia contractuum; ſecus verò in reſervatis ſibi, quæque adeò extra omnem pretium, & æſtimationem jacent* , *Avendan. de exequen. mandat. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 20., & diſtinguendo caſum, in quo ſimilis præſcriptio allegetur à privato, ab alio caſu, in quo opponatur ab alio Principe, ſeù Gente aliqua, quæ ſe pro libera immemoriali tempore geſſerit, tradit *Leibnitz in præfation. Codic. Diplomat. Jur. Gent.* §. *Sed dimiſſis Imperii*, dicens Supremum Dominium eſſe inalienabile, & ſemper revocabile, ſed quod *id reſpectu privatorum intelligitur*, *nàm contra alias Gentes Divino privilegio opus foret* , *Lazunez de fructib. dicto cap.* 17. *num.* 56., *& ſeqq.*, optimam aſſerens rationem boni publici, ob quam Gentes, Reges, & Principes pro liberis ſe gerentes libertatem, & omnimodam exemptionem præſcribere poſſunt, nè aſſiduis, & graviſſimis Bellis univerſi Orbis tranquillitas perturbetur.

24. Hæc autem ratio tantùm abeſt, quod prodeſſe poſſit Dominis exiguorum Locorum, quæ jure liberi, atque omninò à quopiam ſuperiori Domino independentis allodii, in alterius Supremi Principis Ditione, ab ipſis poſſideri contenduntur, ut viceverſa contrà eos urgeat alia validiſſima publici boni ratio, ità enim Barones iſti remanerent acephali, atque eſſent ipſi Supremo Principi æquales *Spad. d. conſ.* 1. *num.* 20. *lib.* 1., *Mart. de Juriſdict. par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 196. *num.* 6., quodque deterius eſt, iſtiuſmodi exigua Caſtra, & Loca juriſdictionalia in allodium ſparſa per Principatum efficerentur aſyla nefariorum hominum, ſervari non poſſent leges ſuper victualium, aliarumque rerum extractione, vel introductione, monetarum uſus facilè corrumpi, vel alterari poſſet, aliaque denique graviora incommoda in

caſu

caſu Belli, & Peſtis, ſimiliumque malorum inferrentur, ut rectè obſervat *clar: memor: Card. de Luc. de Feud. diſcurſ.63. ſub num.16.*

25. Confirmare hæc omnia poſſem, demonſtrando, quod non ſolùm Supremum ipſum Dominium, verùm nec etiam accidentia quædam, ſivè prærogativæ, quibus ſublatis, ſuprema quoque auctoritas interiret, conceſſione, aut præſcriptione acquiri ullo pacto poſſint, eò quòd adeo ſint à Principali poteſtate, & Supremo Dominio inſeparabilia, ut conceſſa Juriſdictione, quantacumque ea ſit, illa tamen penès Supremum Principem remanſiſſe cenſeri debeant. At conſultò illa omittam, quia copiosè de his agitur à Doctoribus ſuperioribus numeris mox allegatis; atque etiam quia prolixiùs, quam pro inſtituto, de his egi; at fortè non præter inſtitutum, ſi animadvertatur quantùm in ſupplici Libello inculcetur Supremum illud Dominium, quo Gens Farneſia in dictis Locis aliquando potita aſſeritur.

§. III.

Generalibus quibuſdam animadverſionibus, atque reſponſionibus refelluntur ea, quæ in dicto ſupplici Libello opponuntur contra emptionem Ducatuum Caſtri, & Roncilionis ab Innocentio X. factam, quæ nedùm emendicatis cauſis procurata, & nulla, injuſta, atque læſiva dicitur, ſed præterea maximo cum damno Venditoris dd. Ducatus devaſtatos fuiſſe opponitur, ne ille eoſdem ampliùs redimere unquam curaret.

26. Antiquam crambem (ut communi fertur effato) repetendo, plura in dicto ſupplici Libello congerere oportuit, quibus fuco aliquo, tamquam injuſta inſimulari poſſet emptio Ducatuum Caſtri, & Roncilionis facta ab Innocentio X.: de quibus tamen antequam ſingillatim agam, è re erit; primùm inquirere, qua mente, quo conſilio, adeò acerbè notetur contractus, deprecante, atque ſupplicante Duce Raynutio initus cum ipſo Summo Pontifice, qui illum perficere abhorrens, ideoque diù reluctatus,

tus, annuit demùm Potentiſſimorum Principum precibus, officiiſque permotus. Deinde verò quædam animadvertenda proponam, ex quibus perſpici poterit, in mala cauſa, non niſi inanium rationum colorem obtendi.

27. Quod attinet ad primum, facilè quiſque illud aſſequetur, qui recto judicio rem perpenderit. Si enim, ut olim improperabatur: Dux Raynutius tempore minoris ætatis, ideoque inhabilis ad contrahendum, atque indefenſus, quia ſine ſolemnitatibus, ad iſtiuſmodi contractum ineundum pertractus fuit: Si quod deterius eſt, ænormiſſimam ex eo læſionem accepit: Si denique poſt perfectam venditionem, pravo nimis conſilio, ob maxima damna ab Emptore illata rei emptæ, eadem redacta fuit ad eum Statum, ut venditori magis expediret, animo illam derelinquere, ejuſdem redemptionem ampliùs non curando: nemo certè non videt, quod ſi hæc vera fuiſſent, Venditor reſciſſa venditione tamquam nulla, atque ænormiſſimè læſiva, rem venditam immenſa æris alieni mole jam liberatam recuperaſſet, vel nullo, vel non niſi exigua pretii parte reſtituta: illo namque ſarcienda fuiſſent damna rei venditæ data culpa, & conſilio Emptoris, facta etiam compenſatione cum fructibus, qui in contractu nullo, atque ænormiſſimè læſivo uſque ab initio reſtituendi erant *Faber in Codic.lib.4.tit 30.definit.3.*

28. Dolendum verò eſt, quod ea, quæ à clar: mem: Duce Raynutio olìm exprobrabantur, quæque gravem notam inuſſiſſent contractui inter privatas quoque perſonas celebrato, in dicto ſupplici Libello hodiè regerantur illis præſertìm verbis = *Le altre reſoluzioni però, che ſuſſequentemente furono preſe di tagliare le Selve, che ſervivano à varie Fabriche di reddito rilevante, di diſtruggere le Fabriche medeme, e d'inferire altri graviſſimi, ed irreparabili danni, fecero credere, che molto diverſa foſſe l'intenzione autaſi, e che ſingolarmente ſi ſtudiaſſe di diſanimare il Duca dal redimere li detti Stati, e di rendere più dura la ſua condizione di liberarli da predetti Creditori* =, quodque eadem profectò mente, qua olìm à Duce Raynutio, nunc repetantur; nàm nulla uſquam in dicto Libello facta mentione pretii, ſolum-

ſummodò, enixè inſtanterque petitur reſtitutio Ducatuum, qui injuſtè appræhenſi dicuntur, reticito namque *emptionis* nomine, ubique adhibetur illud *dell'apprenſione*, perindè ac ſi Rev.Camera Apoſtolica juſto titulo deſtituta, non niſi violento Spolio dd. Bona invaſiſſet.

29. Quæ tamen injuſtitiæ nota facilè elui poſſe videtur ſolis animadverſionibus mox ſubiiciendis. Rem enim ordiendo ab iis, quæ regnante San. Mem. Urbano VIII. evenerunt, dicitur in Libello dd. Ducatuum occupationem, nullo juſtæ rationis colore, ſed ob privatas ſolummodò ſimultates tentatam tùnc fuiſſe; dicendum ſanè erat talium ſimultatum ſpeciem inſediſſe animo clar. mem. Ducis Odoardi, quærentis cauſam diſcedendi ab amicitia, atque abjiciendi obedientiam debitam ſuo Supremo Domino, à quo non niſi gratiæ, & honores delati ipſi fuerant. Subditurque eundem tùnc malum omne avertiſſe, auxilio & ope finitimorum Principum, cum quibus Societatem coiverat.

30. Jure autem, an injuria, & ſine apertæ perduellionis nota, iſtiuſmodi Societas à Vaſſallo inita fuerit, ut vi publica, & armato milite prohiberet ſuum Dominum, nè jure, & lege contrà ipſum ageret in privata Cauſa, in qua res erat de privatarum perſonarum intereſſe, quiſque ſecum æquo animo reputare poterit; cum enim Vaſſalli, qualis erat Dux Odoardus, ſuum habeant Judicem, Tribunal nempè Supremi Domini, iſtud ille in iſtiuſmodi Cauſa adire tenebatur *Innocent.in cap.Cœterum num.*4. *de Judic.* inquiens, quod Cauſa tractanda eſt coram Ordinario, quando agitur de re feudali, non tamen ex lege Feudi utpotè pignoratitia, vel depoſiti, vel alia actione, *Abbas ibidem num.*13. ponens exemplum quando agitur ex injuriis illatis ſuper Feudo, ſive Cauſa ſit civilis, ſive Cauſa ſit criminalis, ubi etiam *Felin. num.*8., *& Fagnan. num.*24., *Alexand. conſ.*79. *num.*1. *lib.*1., *Surd. conſ.* 193. *num.* 13., *Rota coram Coccino deciſ.* 1859. *num.*15., *& ſeqq.*, ad differentiam tùm Cauſarum, quæ pertinent ad ipſam naturam Feudi, de quo inter duos Vaſſallos ſit controverſia, tunc enim Domini eſt cognitio, & per eum controverſia terminatur, ut his ferè verbis diſponitur in *Cap. Impe-*

ria-

Digitized by Google

rialem §. *Præterea ſi inter duos tit. de probibit. Feud. alienat. per Frideric.*, *ubi Bald. num.*1., *& in Cap. Ex tranſmiſſa de For. competen.*, & notant communitèr *Canoniſtæ in Cap. Cœterum de Judic.*, *ubi Innocent. num.*1., *Hoſtienſ. num.*3., *& ſub num.* 6., *Abb. in princip.*, *& ſub num.*13., *Joan. Andr. num.*3., *Butr. in princ.*, *& num.*9., *Dec. num.*66., tùm etiam Cauſarum, quæ ſi ſuper ipſo Feudo vertantur inter Dominum, & Vaſſallos, cognoſcenda non erit coram Domino, ſed apud pares Curiæ, quia Dominus non debet eſſe Judex in Cauſa propria, ut in *dicto* §. *Præterea*, *& cap.*1. *de contr. Feud. apud Pares Curiæ terminand.*, *Cap.*1. *de Milite Vaſſallo*, *qui contumax eſt*, *& Innoc. in dicto Cap. Cœterum num.*1. *verſ ſi quæſtio Feudi*, *Abb. num.*13. *propè fin.*, *Dec. num.*53., *Fagnan. num* 18., *& ſeqq.*, *Bald. conſ.*188. *num.*3. *lib.*3., *Collegium Ingloſtadicenſe apud Giovagnon. conſ.* 61. *num.*21. *lib.*1., *Roſenthal. de Feud. cap.*12. *concl.*3., *Caren. reſolut.*180. *per tot. num.*11. inquiens in Ducatu Parmæ Conſilium Juſtitiæ Placentiæ ſucceſſiſſe loco Parim Curiæ.

31. Quamobrem cùm Vaſſallus in controverſiis omnibus, quæ ſuper re feudali, & feudo ipſo oriri poſſunt, ſuos habeat Judices, quos ex legibus feudalibus adire tenetur, illa de qua agebatur, coram ſuo Judice, non armis decidenda erat: Nonniſi enìm *ubi Judicia deficiunt*, *incipit Bellum*, *Grot. de Jur. Bell.*, *& Pac. lib.*2. *cap.*1. §.2., atque ut ibi ait *Teſmerus lit.B. Nihil omninò verius*, *quam quod Bella ſint ſpecies Judicii conſtituti inter illos, qui extra Prætoris, legumque civilium juſſa vivunt* =, imò verò ſi ipſi Supremi Principes, nulli humanæ poteſtati ſubjecti, minùs æquè in illorum aleam provocant, pro Bellorum namque ærumnis avertendis, ſatius facerent Arbitrorum judicio rem componere *idem Grot. lib.*2. *cap.*23. §.8., *Albericus Gentilis de Jur. Bell. lib.*1. *cap.*2., *Petr. Gregor. Tboloſan. de Republic. lib.*9. *cap.*1. *à num.*15. *ad* 21., *Gaill. de pac. public. lib.*1. *cap.*4. *ſub num.*4., & infrà *Andr. Knich. de Saxon. non provoc. Jur. cap.*5. *num.*574., *&* 575., ac de Jure Territorii *cap.*3. *num.* 365., *Chriſtopbor. Plag. de ſuperior. Territ. concluſ.*76.

per

Digitized by Google

per tot.. Quonam pacto, id attentare licuit clar: mem: Duci Odoardo, qui propterea ea de cauſa, Perduellionis titulo, & crimine per Sententiam Juris ordine latam juſtè damnatus fuit, de quo verba facere omittens id tamèn unum omittere non poſſum, videlicèt non benè ex ipſa S. Sedis indulgentia argumentum arripi, quo minùs juſtè factum dicatur id, quod juſtiſſimè ab Urbano VIII., & Innocentio X. geſtum deindè fuit.

32. Eo enìm regnante, & è vivis iàm ſublato clar: mem: Duce Odoardo, cùm eidem ſucceſſiſſet clar: mem: Dux Raynutius ejus filius, qui tunc in minori ætate reperiebatur, dicitur, quod = *Fù queſti obligato à ſoccombere al pregiudizio dell'apprenſione fatta dalla Camera Apoſtolica de'predetti Stati di Caſtro, e Ronciglione, non eſcluſi nemeno quei luoghi, che erano independenti dalla Sede Apoſtolica, ed i Beni allodiali, che ivi poſſedeva* =. Malè id aſſeri demonſtratum fuit toto priore §., in quo probavi nullum in Ducatu Caſtrenſi adfuiſſe locum, qui mediato S. Sedis Dominio ſubjectus non eſſet. Ut etiam non eſt, cur Sereniſſimus Dux conqueratur aliorum Bonorum allodialium, & quæ feudalia non erant, à S. Sede poſſeſſionem captam fuiſſe, quia ambigi nequit, quin illa universìm favore Montiſtarum obligata reperirentur, ut perſpici poteſt ex Montium erectionibus.

33. Contrà autem, juſta ratione nos conqueri poſſumus, quod in dicto ſupplici Libello dicatur, Montiſtas ſuum creditum conſequi minimè curantes, ad Jus ſuum perſequendum excitatos fuiſſe, ut indè Rev. Camera occaſionem arripere poſſet occupandi Ducatum Caſtrenſem, & Statum Roncilionis. Quantum enim id à veritate aberret, perſpici poteſt ex eo, quod à Sereniſſimis Ducibus Parmenſibus, nihil adimpletum fuerat ex iis, quæ ipſis in Erectionibus Montium injuncta fuerant. In his enim præcipuè mandabatur, ut fructus ſingulis Bimeſtribus promptè ſolverentur, quorum ſolutio ut certò, ac tutò adimpleretur, præcipiebatur Debitori Montis, deputatio idonei Depoſitarii, qui recta via à Montiſtis conveniri, & judicialiter ad id cogi poſſet, & denique nè temporis decurſu, aut viciſſitudinibus eveniret, quod illi

Fontanini

illi Sortis, & crediti ſui jacturam ullam unquam facerent, proviſum fuerat, quod intrà certi temporis ſpatium Montes extingui deberent. Cum autem nedùm facta minimè fuiſſet illorum extinctio, ſed deficiente Debitore in deputatione idonei Mercatoris, qui bimeſtres ſolveret fructus, iidem excreuiſſent in ingentem ſummam tercentorum quinquaginta ſcutorum millium, qui pluribus annis decurrerant, abſque eo quod Montiſtæ quidpiam conſequi valuiſſent, quis unquam perſpiciens rem in hunc ſtatum perductam, ſuadere ſibi poterit, quod tot loca pia, tot Pupilli, tot Viduæ, tot denique miſerabiles perſonæ, qui tandiù caruerant fructibus, quibus dietim vitam ſubſtentarent, non niſi extrinſeco impulſu permotos fuiſſe ad judicialiter urgendum Debitorem? præſertim verò quando illis preſtò erat auxilium legis, celebris nempè Bulla Clementis VIII., Baronum nuncupata, inter ejus *impreſſ. la* 41., ad cujus normam Sereniſſimis Ducibus Farneſiis Montium erectiones conceſſæ fuerant, in illius enim §.8. diſponitur, *ut ſi inter Creditores reperirentur aliqui, qui occaſione tam Montium, quam Cenſuum &c. creditores fuerint, & quibus de fructibus idcircò debitis hactenùs integrè ſatiſfactum non erit, vel in futurum non ſatisfiet &c. capta ſummaria informatione etiam extrajudiciali per dictam Congregationem de lapſu temporis, & ſatisfactione non ſequuta, abſque ulla, ut dictum eſt, cauſæ cognitione ad ſubbaſtationem, deliberationem, venditionem, & adjudicationem &c., & ulteriùs ad extinctionem dd. Montium, & Cenſuum, ac ſatisfactionem dd. fructuum ipſa Congregatio omninò deveniat &c.* Quinimò quando etiam Creditores, vel ob Debitoris præpotentiam, vel ob aliam cauſam obdormiſſent, ut fides publica incolumis ſemper ſervetur, & Montiſtarum incolumitati conſultum ſit, Commiſſarius Generalis Rev. Cameræ ad id mandatum habet à lege, nempè à San. Mem. Paulo V., qui in deputatione Congregationis ſuper locis Montium, Montiſtis non curantibus agere ad extinctionem Montium, mandat, quod *vel ipſis negligentibus, ad inſtantiam Commiſſarii Generalis Cameræ noſtræ, quem in his etiam, quoad de intereſſe Cameræ principalitèr, ſeù alias non agatur, partem facere volumus.* ✠

34. Sed

34. Sed quorſum hæc in contrario Libello adeò inculcantur, quando in Pace Piſis celebrata anno 1664. hæc omnia oblitera-ta penitus fuiſſe videntur: Cum enim in illius primo Articulo promiſſa fuerit dd. Ducatuum reſtitutio, ſervandæ fuiſſent illæ dumtaxat conditiones, quæ in eodem conventæ leguntur, & quem hic exſcribere expedit = *Sua Santità per fare apparire alla Maeſtà del Rè Chriſtianiſſimo il ſuo paterno affetto, & à contemplazione di tutto quello ſarà ſtabilito nel preſente accordo, immediatamente dopo la ſottoſcrizione di queſto Trattato diſcamererà col voto, parere, e conſenſo del Sacro Collegio li Stati di Caſtro, e di Ronciglione, con tutti gl'anneſſi, membri, pertinenze, e concederà nel medeſimo tempo al Signor Duca di Parma un termine d'anni otto conforme al conceduto nell'Inſtromento ſtipolato trà la Camera, ed il Signor Duca, dentro i quali poſſa farne la ricompra mediante la reſtituzione, & effettivo pagamento d'un milione ſeicento ventinove mila ſettecento cinquanta ſcudi, che ſi devono alla Rev. Camera Apoſtolica ſecondo il predetto Inſtromento, & in oltre concederà facoltà al Signor Duca à contemplazione di Sua Maeſtà, di far la detta ricompra, e di reſtituire la detta ſomma in due Paghe, in modo, che ſeguitane una, s'intenda ricomprata la metà dello Stato, e di eſſa ne poſſa prendere il libero poſſeſſo, reſtando l'altra in potere della Camera, ſin che non ſarà pagato tutto il reſto. Et affinche la diviſione da farſi delli detti Stati in due parti eguali ſortiſca quanto prima il ſuo effetto, due meſi dopo la ratificazione del preſente Trattato ſaranno eletti due Periti di conſenſo d'ambe le Parti per convenire amichevolmente di detta diviſione con la dichiarazione dell'appertinenze, & anneſſi di ciaſcheduna, rimettendo all'arbitrio, & elezione del Signor Duca di ricomprare quella delle due parti, che più li piacerà; E quando li detti Periti non conveniſſero dentro il termine di ſei meſi dopo la loro deputazione, in tal caſo ſia in elezione del Signor Duca ò di far egli medemo la diviſione in due parti eguali, quali fatte, ſpetti alla Camera di preſcrivere al Signor Duca quale di dette porzioni debba in primo luogo da eſſo ricomprarſi con la reſtituzione della metà di detta ſomma, reſtando l'al-*

E

l'altra in potere della Camera, ſin che non averà pagato il reſiduo dentro il termine conceduteli, ò pure non volendo il Signor Duca far la detta diviſione, & accettare tal partito, appartenga alla Camera di fare la diviſione ſudetta in due parti, quale fatta, ſia in arbitrio del Signor Duca di ricomprare in primo luogo quale delle due porzioni à lui parerà, e che nel termine di due anni debba il Signor Duca dichiarare, ſe egli vogli fare la diviſione ſudetta, ò intenda ſi facci dalla Camera = Articulus iſte cum tota Pacis compoſitione refertur in quodam Libro, cui titulus eſt = *Racconto dell'accidente occorſo in Roma frà la Famiglia del Signor Duca di Crequì, e la Milizia Corſa nel 1662.* = impreſſo, ut ibi dicitur, *in Montechiaro appreſſo Gio: Batta Vero 1671. fol. 306., & ſeq.*, & in alio, qui inſcribitur, *Relazione del fatto de Corſi*, impreſſo Coloniæ, ut etiam idiomate Gallico legitur in collectione *des Traites de Paix &c. tom. 4. fol. 83.*, & apud alios: qui Articulus in Conſiſtorio ſecreto habito die 18. Februarii ejuſdem anni 1664. exquiſitis Votis Eminentiſſimorum Cardinalium, & de illorum conſilio, & conſenſu confirmatus fuit, excamerando Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis cum eorum pertinentiis, novumque octo annoram terminum concedendo D. Duci Parmæ, ejuſque ſucceſſoribus ad illos redimendum.

35. Hoc itaque Articulo, cùm ſolemnitèr conventum fuerit, quod redemptio dictorum Ducatuum à clar: mem: Duce Raynutio fieri deberet intra aliud octennium, & eo quidem pretio, quo à Rev. Camera emptum fuerat, illoque nolente, aut negligente redemptionem perficere, cùm declaratum paritèr fuerit, quod pro eodem ſolummodò pretio irrevocabilis Dominii jure quæſiti intelligerentur Rev. Cameræ Apoſtolicæ, neque hoc caſu cogitatum fuerit de læſione aliqua reſpectu pretii, ut etiam in contrario caſu, quo dicti Ducatus redimerentur à Duce, cautum minimè fuerit de reficiendis eidem damnis ſuper eiſdem illatis, licèt neminem lateat, & pateat ex iis, quæ dicentur *num.* 58., *& ſeqq.*, quàm parùm æquis conditionibus ad dictam Pacem celebrandam Summus Pontifex Alexander VII. inductus, coactusque fuerit; quonam colore, aut qua juſta ratione obten-

obtendi modò poſſet ullus nullitatis, læſionis, injuſtitiæ, aut damnorum paſſorum color? Hæc enìm omnia abolita jàm cenſenda eſſent: & ſanè ſi etiam poſt compoſitam, juratamque Pacem aliquod injuriæ, aut damni acceptum eſſet, à jurata fide diſcedere non liceret, ut ex *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac. lib. 3. cap. 19. §. 19. num. 4.* ajente = *Addamus & hoc generoſi eſſe animi ſtare fœderibus etiam poſt aliquid injuriæ acceptum: quo nomine Sapiens Indus Jarchus laudabat Regem, qui læſus à vicino fœderato non diſceſſit à jurata fide, ajens tam ſanctè ſè juraſſe, ut alteri nè poſt acceptam quidem injuriam nociturus eſſet* = quantò minùs mox relatæ exceptiones planè cognitæ, atque acriter deductæ antè Pacem Piſanam, opponi poterunt poſt illam compoſitam, & quidem tempore, quo Raynutius II. minorem ætatem exceſſerat *idem Grot. lib. 3. cap. 20. §. 19.* ſic loquens *Quod verò diximus jus, quod antè Bellum fuit, ademptum facilè cenſeri non debere: id in privatorum jure firmè tenendum eſt, in Jure autem Regum, & Populorum faciliùs eſt, ut condonatio aliqua intelligatur facta, ſi modò verba, aut conjecturæ non improbabiles ſuppetant: maximè verò ſi Jus, de quo agitur, non liquidum erat, ſed in controverſia poſitum* = & ibi *Teſmerus lit. A.* dicens = *Sæpè quid Juris diſputabile utrinque eſt: id niſi expreſſe reſervetur remiſſum cenſetur: nam cavendum, nè Belli ſemina relinquantur* = Idque confirmare poſſemus familiari exemplo Tranſactionum, quæ inter privatos celebrantur, in quibus, ex notis Juris regulis, à bona fide alienum eſſe reputatur, poſt illas initas, novas controverſias ſuſcitare ſuper iis; quæ quidem tempore Tranſactionis Contrahentibus ignota non erant, ſed de illis actum, diſceptatumque fuerat. Et ſanè ſi iſtiuſmodi colore integrum eſſe putatur quo quo modo vel infringere, vel nova ſuperaddere iis, quæ Piſis conventa fuerunt, & quibus S. Sedis conditio iniquior reddatur, potiori certè jure tamquam penitùs injuſtas, & extortas vi, cui reſiſti non poterat, illas eidem reſpuere licebit, ut alibi innuetur, §. nempè ultimo.

Digitized by Google

§. IV.

Singillatim agendo de Exceptionibus oppoſitis adverſùs contractum cum Innocentio X. nomine Cameræ celebratum, refellitur hìc illa nullitatis.

36. Et ſi ex hactenus deductis validitas, & juſtitia d. Contractus undequaque effulgeat; nihilominus operæ pretium facturum reor, ſi pauca quædam dixero de iis omnibus exceptionibus, quæ adversùs dictam emptionem oppoſitæ aliàs fuerunt; quæ quidem licèt ſub involucro verborum allatæ fuerint in d. ſupplici Libello, ex eodem tamen facilè deprahendi poteſt, eas mente jam repoſitas, animoque retentas, ſuo loco aperte deducendas aliquando fore.

37. Initium igitur faciens à nullitate Contractus à clar: memor: Duce Raynutio II. auctoritate Summi Pontificis Innocentii X. celebrati cum Rev. Camera, hæc deſumebatur ex eo, quod initus fuerit, nulla adhibita cauſæ cognitione, nulloque per Judicem interpoſito Decreto, juxta Juris communis regulas, adeò neceſſario pro convalidandis alienationibus Bonorum ſtabilium, quæ per minores fiunt. Neque verò ſuffragari poterat, quòd ipſe jàm major octodecim annis, in paterno Teſtamento habilis redditus, eidemque facultas data eſſet Bona ſua adminiſtrandi: quippè venia etiam ætatis ab Imperatore conceſſa minoribus, licèt valeat pro tribuenda legitima facultate adminiſtrandi Bona, prodeſſe tamèn nequit pro eiſdem alienandis, niſi id quoque Principali reſcripto permiſſum ipſis fuerit juxta apertam diſpoſitionem *Textus in leg. eos, qui 3. Cod. de his, qui veniam ætatis impetrarunt*, in qua Imperator Juſtinianus A. Mennæ Præfecto Prætorio reſcripſit his verbis: *Eos, qui veniam ætatis à Principali clementia impetraverunt, vel impetraverint, non ſolùm alienationem, ſed etiam hypothecam minimè poſſe ſine Decreti interpoſitione rerum ſuarum immobilium facere jubemus, in quarum alienacione, vel hypotheca Decretum illis neceſ-*

ſarium

ſarium eſt, qui nondùm veniam ætatis meruerunt, ut ſimilis ſit in ea parte conditio minorum omnium ſive petita ſit, ſive non, ætatis venia.

38. Verùm fruſtrà nullitas iſthæc obtenditur in hypotheſi noſtra, in qua agitur de venditione ſpontè oblata ab ipſo Duce Raynutio, & quidem poſtquam diù actum, tractatumque fuerat de inveniendo modo cohibendi Creditorum impetum, qui cùm urgerent, & pro eiſdem dimittendis deveniendum eſſet ad dictorum Ducatuum ſubhaſtationem; (Non enim ſuppetebant pecuniæ, quibus diſſolvi poſſet maxima æris alieni moles, decies nempè centenorum, & ſexcentorum viginti novem millium, & ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum:) Summus Pontifex Innocentius X. vehementibus officiis Sacræ Majeſtatis Philippi IV., ac Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Ferdinandi permotus demùm fuit ad dictam emptionem celebrandam, ad cujus propterea validitatem, nemo dixerit neceſſariam fuiſſe cauſæ cognitionem, Judicisque Decretuum, nàm Principis ſola auctoritas ſupplebat cœteras omnes ſolemnitates iuxta *Text. in leg. Illud requirendum* 2. *Cod. quand. Decret. opus non eſt*, ubi Imperator Aurelianus loquens de venditione per minorem, adito Principe, facta, ità reſcripſit = *Adinſtàr enìm judicialis Decreti conceſſio Principalis accedit* =, ibique *Bartolus* notat, quod *ſi venditio ſit ex licentia Principis, non requiritur Decretum Iudicis*, & *Bald. ibidem num.* 1. ait, quod *idem operatur reſcriptum Principis, quod Decretum inferioris ſolemnitèr emanatum*, ſubditque ità quotidiè obſervari, eò quod habens verbum ſuperioris, non indiget verbo inferioris *Nicol. Vigell. Digeſtor. lib.* 18. *part.* 2. *cap.* 6. *regul.* 1. *except.* 4., *Reſtaur. Caſtald. de Imperatore quæſt.* 110. *verſ.* 6. *tract. magn. tom.* 16. *fol.* 78. *à terg.*, *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 78. *verſ.* 16., *Simoncell. de Decret. lib.* 1. *tit.* 1. *inſpect.* 3. *num.* 88. inquiens *Nec mirùm cùm in præſentia Principis poſſit minor ſine Decreto alienare, ad inſtàr enim Præſidalis Decreti, conceſſio Principalis accedit.* Ut nec etiam hoc caſu, requiritur cognitio cauſæ, hæc enìm utpotè efflagitata pro convalidando Decreto, quod interponiturà Judice,

ce, adhibenda non eſt, quando adeſt reſcriptum Principis, (ut in caſu noſtro,) adeò maturo conſilio, & poſt longos tractatus interpoſitum ad *Text. in leg. Omnium Cod. de Teſtament.*, *ubi Bald. in princ. Caſtr. num.* 1., *Salycet. num.* 5., *& in dicta leg. Illud requirendum* 2. *verſ. quærit*, *Decian. conſ.* 20. *num.* 53. *vol.* 5., *Raudenſ. conſ.* 8. *num.* 13. *vol.* 1., *Cyriac. contr. forenſ.* 692. *num.* 5. cum aliis allegatis.

39. Eoque certiùs, quando agitur de Principe ſcientèr contrahente cum minore, ejus quippe ſola religio præſidio eſt illius imbecillitati, validumque reddit contractum *Bald. in leg. Sancimus* 34. *ex num.* 4. *Cod. de Donation.*, *Alexand. conſ.* 157. *n.* 7. *lib.* 2., *Natta conſ.* 24. *num.* 4., *Cephal. conſ.* 579. *n.* 14., *Lamberteng. de Contractib. minor. ad fin. num.* 94., *Pic. ad Statut. Urb. lib.* 1. *Gloſs.* 7. *num.* 189., *Vaſqu. controv. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7., *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 53. *num.* 25., ipſe enim, qui lex viva eſt, ſola ſua præſentia ſupplet formam, ſolemnitates, cœteraque omnia, quæ legum noſtrarum providentia pro minorum indemnitate conſtituta ſunt *Bald. in leg. reſcripta* 7. *num.* 3. *cum ſeqq. Cod. de precib. Imperator offerend.*, *Imola in cap.* 1. *num.* 7. *de litis conteſtatione Caſtald. de Imperator. dicta quæſt.* 110. *verſic.* 19. *tom.* 16. *Tract. Magn. fol.* 77., *Abb. conſ.* 84. *num.* 4. *lib.* 1., *& conſ.* 101. *num.* 5. *lib.* 2., *Cephal. conſ.* 316. *num.* 58. *lib.* 3., *Roland. conſ.* 54. *num.* 12. *lib.* 2., *Menoch. conſ.* 508. *num.* 32. *lib.* 6., *Cravet. conſ.* 5. *num.* 2., *Gratian. diſceptat. cap.* 644 *num.* 15., *& in tract. varior. Auctor. de Tutor.*, *& Curator. cap.* 38. *num.* 231.

40. Satis quidem hæc videri poſſunt pro eluenda nullitate oppoſita Contractui, de quo agitur, abſque eo quòd aggredi opus ſit quæſtionem illam, an videlicet Princeps ætate minor indigeat Curatoris conſilio, ſolemnitatumque præſidio: negant alii, alii affirmant, diſtinguunt alii, cenſuit enim *Hug. Grot. de Jur. Bell.*, *& Pac. lib.* 2. *cap.* 14. §. 1. *num.* 2. diſtinguendum eſſe *inter actus Regis, qui Regis ſunt, & actus ejuſdem privatos*; quod attinet ad primos sìc ait, *nam in Regiis actibus, quæ Rex facit, eo loco habenda ſunt quaſi Communitas faceret: in tales autem actus ſicuti*

leges

leges ab ipſa Communitate factæ vim nullam haberent; quia Communitas ſe ipſa ſuperior non eſt, ità nec leges Regiæ. Quare adverſus hos contractus reſtitutio locum non habebit: venit enim illa ex jure civili. Non admittenda igitur exceptio Regum adversùs contractus, quos minores feciſſent §. *Autèm* 2. *num.* 2., quoad aliam actuum ſpeciem ità ſentit = *At privati actus Regis conſiderandi ſunt, non ut actus communitatis, ſed ut actus partis, ac proindè facti eo animo, ut communem legum regulam ſequantur.* Etenim omiſſo altiori harum diſſentientium opinionum examine, atque etiam omiſſo, generali penè dixerim conſuetudine ſervari, quòd Principes poſtquam exceſſerunt decimum quartum annum, Tutela, & Cura exempti liberam aſſequuntur publicarum rerum, & Principatus adminiſtrationem, ut in *Cap. Grandi* 2. notarunt *Gemin. num.* 13., *Prob. ad Monach. n.* 12., *Franch. num.* 4. *verſ. Sed Imola. Bodin. de Republ. lib.* 1 *cap.* 8. *num.* 104., *& Oſſuald. ad Donell. lib.* 2. *cap.* 11. *lit. C.*; Tutè ſequi poſſe videremur opinionem illam, quæ edocet, Principes, poſtquam pupillarem egreſſi, ad ætatem adultam pervenerunt, minimè egere Curatore, ſed quemadmodum per ſe ipſos tractare valent ea, quæ ad Principatus regimen pertinent, modò id non inconſultò, ſed ſapientum conſilio peragant, ità etiam ſimili ratione adminiſtrare queant cuncta ea, quæ ad ipſos veluti privatos pertinent *Guttierez. de Tutel. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. *juncto num.* 13., *Balduin. Inſtit. quib. mod. Tutel. finiat. num.* 9., *& ſeqq.*, *Perez. de Lara in compend. Vit. Homin. cap.* 16. *num.* 9., *Gaſpar Bacc. de Decim. Tutor. Hiſpan. præſtand. cap.* 19. *num.* 3, *Caldas in Commentar. leg. Curatorem verb. hunc contractum nu.* 46. *Cod. de in integr. minor. reſtitut.*, *Narbon. in ſuo Tractat. annales caſus verb. annus decimus quintus quæſt.* 33. *num.* 5., *& ſequentib.*

41. Cum itaque clar. mem. Dux Raynutius II. die 10. menſis Januarii ſequentis anni ratam habuiſſet venditionem die 19. menſis Decembris anni 1649. celebratam favore Rev. Cameræ, & quidem iſtiuſmodi ratihabitionem ſolemniter, & conſultiſſimè peregerit, præſentibus Marchione Odoardo Scotto primo

ejus

ejus Miniſtro, & Petro Georgeo Lampugnano primo Secretario Status, aliiſque repræſentantibus integrum Conſilium Juſtitiæ, & Gratiæ totius ſuæ Ditionis: ambigi ſanè nequit; quìn adimpleta fuerint ea omnia, quæ à mox allegatis Doctoribus præſcribuntur, ut Contractus celebrati à Supremis Principibus minoris ætatis, perpetuæ firmitatis robur obtineant; Eoque certius, id locum ſibi vindicat in noſtra hypotheſi, quia præfatus Dux in Inſtrumento, quo approbavit, ratamque habuit dictam venditionem ſupplicavit Summo Pontifici, tùm ſuo, tùm Ducatuum, qui vendebantur Supremo Domino, ut confirmare dignaretur dictam venditionem, ſupplendo, quatenùs opus eſſet, ſolemnitates omnes tametſi ſubſtantiales, & Contractus formam reſpicientes, ut in dicto Inſtrumento ratificationis cautum fuit verbis illis *Inſupèr quia ut in ſupra inſerto Inſtrumento venditionis legitur, conventum extitit, quod prædicta Camera Apoſtolica impetrare, & obtinere debeat à prælibato Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa confirmationem ejuſdem Inſtrumenti; Ipſe quoque Sereniſſimus D. Dux prædictæ confirmationi Apoſtolicæ, ut ſupra faciendæ ex nunc conſentit, & ad eam quoque petendum impetrandum, & obtinendum etiam cum ſuppletione, & ſanatione omnium, & ſingulorum, ac quorumcumque defectuum tàm formalium, quàm ſubſtantialium, & etiam hìc non expreſſorum, ſi qui ſunt, cum clauſulis, derogationibus, & Decretis neceſſariis, & opportunis pro Sanctitatis Suæ, & Rev. Cameræ, & ipſius Sereniſſimi D. Ducis majori cauthela, & ſecuritate latiſſimè, ampliſſimè apponen., & extenden. fecit, conſtituit ſuum Procuratorem irrevocabilem, ut in rem propriam, etiam medio juramento tactis &c.*

42. Quamobrem cum ageretur de ſolemnitatibus lege merè poſitiva inductis, eædemque, ut apud *Puſendorf. de Jur. natur., & gent. lib. 3. cap. 6. §. 12. = Magis ad uſum Foris civilis, quam ſimplicitatem Juris naturalis pertineant* = ideoque (ex diverſis regionum moribus, conſuetudinibus, & municipalibus legibus) non eadem ubique ætas, non eædem ubique ſolemnitates ad ejuſcemodi contractuum validitatem requiruntur: Supremus Princeps

ceps, cujus auctoritate leges poſitivæ ſubſunt, remittendo, ſeù diſpenſando, ſupplere illas poteſt; Prout in noſtro caſu factum fuit ab Innocentio X., qui annuendo clar. mem. Ducis Raynutii precibus, dictum contractum jam per sè validum, quia ab ipſo Supremo Principe ſcienter cum minore celebratum, plenè confirmavit ampliſſimis litteris in forma Brevis datis die prima Februarii anni 1650., quibus Summus Pontifex, tùm Inſtrumentum venditionis, tùm illud ratificationis factæ à Duce Raynutio *Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine venditionem Ducatus, & Status &c.* perpetuæ firmitatis robore munivit *etiamſi nulla, & invalida, ſeù minùs valida etiam ab ipſo initio ex quovis capite, jure &c. etiam hìc neceſſariò exprimen., & inſeren.; etiam ratione minoris ætatis d. Raynutii Ducis, & aliàs quomodolibet &c. tenore præſentium perpetuò corroboramus, confirmamus &c.* ſupplendo quaſcumque ſolemnitates, & ſanando quoſcumque defectus, eoſdemque pro expreſſis habendo, ibi = *Omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, ætatiſque legitimæ d. Raynutii Ducis, ac ſolemnitatum quantumvis formalium, & ſubſtantialium, etiam juxtà ſtylum Romanæ Curiæ &c., & quoſcumque alios cogitatos, vel incogitatos defectus &c. pleniſſimè ſupplemus &c.* ſuperaddita demùm clauſula ſublata, & Decreto irritante, quibus adempta fuit omnibus Judicibus poteſtas aliter judicandi *non obſtante ætate d. Raynutii Ducis, & aliis, ſi qui ſint, defectibus, cœteriſque præmiſſis*. Ambigi itaque nequit, quìn in noſtro caſu Suprema Principis auctoritate ſuppleta fuerit cognitio cauſæ, & Decretum Judicis, ut reſpondit *Paul. Juriſconſultus in leg. Sed hic 2. ff. de reb. eor. qui ſub Tutel.*

§. V.

Reſpondetur alteri exceptioni ænormiſſimæ læſionis deſumptæ ex tenuitate pretii.

43. Licet exceptio hæc plenè ſublata videri poſſit tùm ex iis, quæ mox diximus de contractu auctoritate Supremi Principis,

vel cum ipſo celebrato, qui præter alia, id etiam peculiare habet, ut adversùs eum, nec læſio allegari, nec reſtitutio in integrum peti poſſit *Cravet. conſ.5. num.2.*, *Cephal. conſ. 3. num. 25. conſ.77. num. 10.*, & *conſ.403: num.56.*, *Burſat. conſ.78. num. 1.*, *Decian. conſ. 18. num.250. lib.1.*, *Menoch. conſ.1. num.255.*, *Cyriac. controv. 692. num. 11.*; tùm etiam ex aliis, quæ animadverſa fuerunt §.III., ubi relato Articulo Pacis ſuper reſtitutione Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis, oſtendimus de juſtitia pretii, quo à Reu. Camera illi empti fuerunt, dubitatum minimè fuiſſe, dùm non curante clar. mem. Duce Raynutio, præſtituto tempore redemptionem perficere cautum fuit, quod irrevocabilis Dominii jure Rev. Cameræ quæſita intelligerentur abſque ulla ſupplètione pretii, quæ certè efflagitata fuiſſet, hanc quoque ſaperaddendo, illis nimiùm gravibus, ac duris conditionibus impoſitis in d. Pacis compoſitione, ſi revera Dux in iſtiuſmodi Contractu ænormiſſimè læſus fuiſſet.

44. Ut etiam etſi iſtiuſmodi exceptioni locus nullus eſſe poſſet in caſu, de quo res erat; agebatur enim de Bonis, quæ jam ſubhaſtari cæperant, & inſtantibus Creditoribus evitari nequibat ulterior, & realis illorum diſtractio, niſi per extinctionem Montium vnà cum fructibus dimiſſi fuiſſent Creditores omnes, qui à Congregatione Montium, & Baronum mandata obtinuerant, jam jam plenariæ executioni demandanda: quamobrem cum Congregatio manum jam adpoſuiſſet, indè ſequebatur, quod in iſtiuſmodi venditione illius vigore, & cum illius facultate, & auctoritate facta, læſio nulla conſiderari poterat, cum in hiſce venditionibus res tanti valere dicatur, quanti vendi poteſt *Cyriac. contr.453.n.32.*, & *plurib. ſeqq.*, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt.39. num 1.*, *Poſth. eodem tract. inſpect.49. num.71.*, & *inſpect.57. num.36.*, apud quos referuntur antiquiores, qui negant in illis locum eſſe remedio *leg.2. Cod. de reſcind. vendit.* præſertim verò quando, ut evenit in caſu noſtro, Dominus rei venditæ conſenſit pretio reperto, atque oblato, atque etiam expreſsè renunciavit beneficio d. legis, ut tradunt mox citati Doctores.

45. Ni-

45. Nihilominùs tamen, juſtitia Contractus, & pretii, illius vigore perſoluti, magis, magiſque eluceſcet, ſi animadvertatur, non niſi inani colore illud in immenſum exadverſo augeri. Dicebatur enim in erectione Ducatus Caſtrenſis comprehenſa fuiſſe plurima Loca, quæ erant liberum allodium Domus Farneſiæ, Supremo S. Sedis Dominio nullo pacto ſubjectum, que ſanè qualitas plenè excluſa §. I., plurimùm certè auxiſſet valorem dd. Ducatuum; Ut etiam figurabatur illa eſſe Feuda majoris notæ, & cum imperio maximo, ob quam quoque qualitatem magis æſtimari debuiſſent; ſed id quoque non ſubſiſtere, probari ſatis poteſt ex ipſa Bulla erectionis, in qua mens Pauli III. alia non fuit, quam concedere Inveſtituram ſimilem illis, quibus fruebantur cœteri Barones Romani; ait enim, quod jpſe opibus, & honoribus amplificare cupiens Familiam ſuam, illam d. Ducatus dignitate decorabat, *prout Nicolaus in Urſinorum*, ſunt verba Bullæ, *Martinus V. in Columnenſium, ac etiam piæ mem. Bonifacius VIII. in Cajetana Familis pro illarum exaltatione, & perpetuitate &c. providiſſe dicuntur, illorum veſtigijs inhærendo, ſimiliter ſtatui Domus noſtræ providere volentes &c.* Si igitur Paulus III. dictione illa *ſimiliter* augere, ac illuſtrare voluit Domum ſuam, prout fecerant Nicolaus, Martinus, & Bonifacius, dicendum ſanè eſt minimè dictum Ducatum erexiſſe in Feudum regale, & maximum, nam ſi hæc mens ejus fuiſſet, dictionem *ſimiliter*, quæ denotat ſimilitudinem facti, & quandam æqualitatem cum iis, ad quæ refertur *Menoch. conſ.* 124. *n.* 60., *Honded. conſ.* 4. *num.* 33. *lib.* 1., *Surd. conſ.* 303. *num.* 34., & paſſim apud alios, retuliſſet ad alia, quæ antè ejus oculos obverſabantur exempla, Inveſtituram nempè Civitatis Ferrariæ à Gregorio XI. conceſſam Eſtenſibus, & alteram recentiorem Inveſtituram à Sixto IV. traditam Familiæ ſuæ de Ruuere, quæ porrò exempla ſequutus deindè fuit, quando Petrum Aloyſium inveſtivit de Ducatu Parmæ, & Placentiæ.

46. Idque confirmatur etiam ex Decreto Conſiſtoriali, cujus meminimus initio §. II., & in quo idem Paulus III. dicens conceſſiſſe Ducibus Caſtrenſibus merum, & mixtum Imperium, cum

aliis prærogativis, ſubdit: *Cum Decreto quoad illa tantum onera ſubeunda, quæ alii Barones, & Domicelli Romani, qui in diſtrictu Urbis conſtituti ſubeunt*: quæ ſanè verba certè excludunt regalem, & maximam Inveſtituram, dùm Caſtrenſem Ducatum ſubjecit oneribus, quæ ſubeunt alii Barones, qui in ſuis Feudis maximum certè non habent imperium, vt notatur *n.* 12., dictio enim illa *alii* nota eſt ſimilitudinis ad *Text. in leg.* 2. *Cod. de ſerv. fugit.*, *Bald. in leg. final. num.* 1. *Cod. de his, qui à non Domino manumittuntur Everard. in loc. à pari, num.* 2., *& in loc. à ſimili num.* 3. *circa med.* cum aliis apud *Gratian. diſcept.* 10. *num.* 2. Nil ergò mirùm, quod Ludovicus Rodulphinus in ſuo Tractatu *de origine Dignitate, & poteſtate Ducum Italiæ, quibus regalia, juraque imperii competunt*, nuncupato clar. mem. Raynutio I. Parmæ, & Placentiæ Duci, inter Ducatus majores, quibus dd. Jura competunt, minimè recenſuit Ducatum Caſtri, & Roncilionis, licet inter illos referat alios Ducatus, qui minoris certè Ditionis amplitudine decorantur. ✱

47. Proùt etiam jure, meritoque Duces Raynutius I., & Odoardus ſe ſe agnoſcentes obnoxios oneribus, quibus ſubjecti ſunt cœteri Barones, & Domicelli Romani: in erectione Montium, Ducatum Caſtrenſem, & Roncilionis, tamquàm de mediato Dominio S. Sedis ſubpoſuerunt legibus, quibus in ſimilibus Contractibus cœtera Baronum Feuda obnoxia ſunt, & ut in iſtis, ità etiam in illis plena Juriſdictio, tùm ciuilis, tùm criminalis à Romanæ Curiæ Tribunalibus exercita ſemper fuit. At verò ſi ab obſeruantia ſubſequuta', originaria Inveſtitura declarationem accipit, ut latè oſtendunt *Becc. conſil.* 101. *num.* 47. *verſ. denique, & ſeqq.*, *Menoch. conſ.* 104. *num.* 21. *verſic.* 3. *conſ.* 400. *num.* 12., *conſ.* 745. *num.* 38., *& ſeq.*, *Bellon. Jun. conſ.* 9. *num.* 21., *Roſenth. de Feud. cap.* 5. *concluſ.* 14. *num.* 7., dicendum certè eſt, præcipuè ad id valere, nunquàm interruptum Juriſdictionis exercitium, *Abb. conſ.* 62. *num.* 18. *lib.* 2., *Albertus Brun. conſ.* 34. *num.* 6., *Natta conſ.* 672. *num.* 9., *Valenz. conſ.* 100. *num.* 70., *Montes de finib. cap.* 52. *per tot.*, *& præſertìm num.* 3., *& ſeqq.*, *Giurb. obſervat. Tribunal. Sicil.*

obſer-

obſervat. 15. *num.* 2., *Otter. de Paſcuis cap.* 19. *num.* 2., *& in tract. de Collect. quæſt.* 7. *per tot.*, *& præcipuè num.* 6., *& ſeq.*, *Poſth. de manut. obſervat.* 30. *num.* 1., *& plurib. ſeqq.*

48. Patet itaque ex his, nec ob intrinſecam naturam dictorum Feudorum, quia nempè aliquandò fuerint libera allodia Domus Farneſiæ, neque ob majorem Dignitatem eiſdem annexam, æſtimari poſſe pretio majore illo, quo regularitèr æſtimantur cœtera Ditionis Eccleſiaſticæ Feuda. At contra alia concurrunt, quæ longè illorum valorem minuebant; Inveſtitura enìm de illis facta, hæreditaria non erat, ità quidem, ut inſtàr Bonorum allodialium, atque indifferentium tranſmitti poſſent ad quoſcumque Hæredes, & Succeſſores etiam extraneos, ſed ad eadem vocati reperiuntur ſoli Succeſſores Sanguinis ſive ex Maſculis etiam illegitimis, ſive etiam ex Fœminis deſcenderent; cùm enìm ex Juris principio apud omnes recepto, onera minuant rei valorem, indè certè ſequitur, quòd ob periculum devolutionis, quæ aliquandò contingere poterat, Feuda iſta minoris æſtimanda eſſent, *Surd. conſ.* 352. *num.* 77., ubi ait hanc qualitatem imminuere tertiam ſaltèm partem veri valoris *Roſenthal. de Feud. tom.* 1. *cap.* 9. *concluſ.* 63. *num.* 8. inquiens = *Audivi aliquandò à prudentibus Feuda tertio minùs, quàm allodia communitèr æſtimari: Ego Feuda maſculina dimidio minùs; aut etiam adhuc minoris allodiis valere arbitrarer* =, *clar: mem: Card. de Luca de Feud. diſc.* 4. *ſub num.* 18., ubi agens de quodam Caſtro poſito ſub concurſu Creditorum ait, quod = *Cùm Camera prætenderet eſſe Feudum certo Perſonarum generi conceſſum, devolutioni ſubjectum, è contra verò Creditores prætenderent eſſe Caſtrum allodiale ad quoſcumque tranſitorium; Periti juxta ſecundam qualitatem æſtimarunt pro ſcutis quadraginta millibus, & ultrà, & juxta primam pro ſcutis* 26. *mil.*; *ex recepto Juris principio, quod onera minuunt valorem* =, referre libuit verba eximii hujus Juris conſulti, & ob diuturnam in Foro exercitationem, conſuetudinum, & morum, quibus Romæ vivitur peritiſſimi, quia cum ageretur de Feudis exiſtentibus in Ditione Eccleſiaſtica, ſervanda erat norma, & praxis, quæ ab illo ſervari dicitur.

49. Præter onus devolutionis, cui dicta Feuda ſubjiciebantur, quodquè, ut dictum eſt, adeò illorum valorem minuebat, additur pactum redimendi favore Venditoris adjectum, quod cum dicatur pars pretii *leg. Fundi partem 79. ff. de contrah. empt.* ibi *Nam hoc ipſum pretium Fundi videtur, quod eo pacto venditus fuerit* = operatur propterea, quod res minùs valeat, ut ex eadem *leg. Fundi partem*, verbis illis = *Fundum vilius vendidiſti* = ubi *Bald.*, & *Salycet.*, *Alberic.*, & *Angel. in lege contrà* §. *Si filius*, ubi etiam *Jaſon. num. 10. in 4. notab. ff. de pact.*, *Covar. variar. reſol. lib. 3. cap. 10. num. 1.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 600. n. 8. clar. mem. Card. de Luca de Judic. diſc. 33. num. 55.*, & *de uſur. diſc. 11. num. 5.*, *Boer. deciſ. 23. num. 28.*, *Vincent. de Franchis deciſ. 115. num. 19.*, *Fontanell. deciſ. 83. num. 1.*, *Barz. dec. 133. num. 7.*, *Adden. ad Sanfelic. deciſ. 389.* §. *Ipſi*, ad effectum enim ſuſtinendi Contractum, & evitandi illius reſciſſionem ſaucitam in *d. leg. 2.*, omnia onera ſpectanda eſſe, relatis plenè concordantibus Juris noſtri locis, & auctoritatibus, tradit *Cyriac. contr. 421.* Et quamvis quando tale pactum temporarium eſt, ad differentiam perpetui, ſaltem in ſexta parte verum rei valorem minuere dicatur *Gratian. diſcept. 616. num. 7.*, *Cyriac. contr. 261. n. 72.*, & *ſeq.*, *Barz. deciſ. 133. n. 7.*, *Rot. in recent. deciſ. 4.*, & *dec. 6. utrobique num. 5. par. 1.*, & *deciſ. 344. num. 12.*, & *13. par. 4. tom. 1.*, & *deciſ. 77. num. 5. par. 19.*, nec deſint, qui ſentiant iſtiuſmodi pactum tametſi ad ſolum quinquennium reſtrictum ſimilem diminutionem in ſexta parte operari poſſe; nihilominus quando etiam id æquo Judicis arbitrio, ut cenſent alii, remittendum eſſet, certè multum vero rei valore detraheretur ad effectum excludendi ænormiſſimam læſionem: Certius ſi animaduertatur, quod in noſtra hypotheſi octennii terminus duplicatus fuit, nam primo jamdudùm finito, aliud conceſſum fuit octennium.

50. Sed cur his utimur argumentis, quaſi res dubia ſit, & obſcura, quando quæcumque læſio evidentia facti excluditur, nam omiſſo quod juſto Judicio, tanti æſtimari, tantumque pretium, ut exaduerſo ſit, ſtatui nequibat dd. Ducatibus, quando in ſe-

cun-

cunda erectione Montis Farneſii die 24.menſis Maii anni 1605. pro locis dumtaxat 7150. facta à Raynutio I., prævio Motu proprio San.Mem. Clementis VIII. pro ſecuritate Montiſtarum sè obligarunt tam Cardinalis Odoardus Farneſius, quàm etiam Communitates Civitatis Parmæ, & Placentiæ, unaquæquæ pro medietate dd. locorum 7150. quibus denique acceſſit generalis obligatio Bonorum omnium Ducis Raynutii. Dicimus quod ſi quo colore ſuſtineri poſſet decies centena, & ſexcenta vigintinouem ſcutorum millia, cum aliis ſeptingentis quinquaginta, non eſſe juſtum pretium Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis, in illius tamen cauſam imputanda eſſet remiſſio caducitatis à toto eo, quod Sereniſſimus Dux poſſidebat ex S. Sedis liberalitate, & condonatio expenſarum ab eadem S. Sede factarum pro auertenda vi, & hoſtilitate illata, ut expreſsè legitur in d. Inſtrumento, ibi = *Inſuper præfatus Illuſtriſſimus D. Commiſſarius*, nempè Cameræ, *nomine Suæ Sanctitatis pro pretio, & in cauſam pretii prædicti, & contemplatione præſentis contractus, & non aliàs remiſit, & remittit d. Duci &c. omnes, & quaſcumque pœnas quomodolibet prætenſas per Cameram Apoſtolicam, ſive Fiſcum, vel alios quoſcumque Miniſtros cauſa, & occaſione quarumcumque hoſtilitatum commiſſarum, & quorumcumque impedimentorum præſtitorum, & oppoſitionum quomodolibet factarum à Cohortibus, ſive militibus ipſius D. Ducis Raynutii Farneſii in Statu Eccleſiaſtico tam mediato, quam immedeato, necnon omnia, & ſingula damna, quæ ab eiſdem Cohortibus, ſeù militibus prætenduntur fuiſſe illata, ac præjudicia ex prædictis reſultantia, remiſſaſque, & remiſſa omninò eſſe voluit, & vult, eidemque Cameræ, & Fiſco perpetuum ſilentium ſuper his, ſecuta tamen priùs d. ratificatione præſentis Contractus, ut ſuprà per D. Ducem facienda, imponi mandavit, ac impoſitum eſſe declaravit, & quoſcumque Proceſſus contrà ipſum D. Ducem inſtructos cauſa, & occaſione prædictis aboleri, & reſpectivè in futurum nullatenus fieri poſſe voluit, & mandavit, prout ſequuta ratificatione ex nùnc prout ex tùnc irriti, caſſi, & aboliti cenſeantur, & ſint abſque alia declaratione &c.* deindeque in eodem Inſtrumento

legi-

Digitized by Google

legitur condonatio ingentium expenſarum à S. Sede factarum, ibi = *Ac etiam in pretium præfatum, & contemplatione ejuſdem Contractus imputavit ipſi D. Duci &c. impenſas per Sanctitatem Suam, ſive ejuſdem Rev.Cam., vel alias quomodocumque factas tam pro executione mandatorum expeditorum in Congregatione Montium ad inſtantiam Montiſtarum, & pro conſcribendo Equitatu, & peditatu, quam etiam in avertendis hoſtilitatibus, ac impedimentis, & oppoſitionibus præfatis, ac aliàs quomodolibet eiſdem cauſa, & occaſiene in omnibus, & per omnia, ac per eandem Rev. Cameram ſibi de jure deberi prætenſas, itaut d. D. Dux nullam perturbationem, nullamque moleſtiam quomodolibet à quibuſvis ex hujuſmodi cauſis nunquam patiatur, ſivè ſequatur, ſivè non ſeuuatur redemptio, de qua infrà.*

51. Profectò comparentur hæc omnia cum valore, & pretio Ducatus Caſtri, & Roncilionis, quantuſcumque ille ſit, & quiſque ſecum reputet, an ulla æqui, bonique ratione tamquam ænormiſſimè leſivus redargui poſſit Contractus, ex quo tanta commoda conſequutus fuit Venditor, qui (fas ſit id iterum, iterumque repetere) deſperans reluctantem Summi Pontificis animum flectere ad illum celebrandum, eum tandem pervicit precibus, atque officiis Regis Catholici, ac Magni Ducis Etruriæ; an fortè hoc caſu, quo nedùm penitus excluditur ænormiſſima læſio, quæ alioquin probationibus luce meridiana clarioribus, eſſet probanda *Cephal. conſ.*348.*n:*19., *Altograd.conſ.*5.*n.*72.*lib.*1., *Gratian. diſcept.*262. *num.*14., & frequenter apud alios, ſed quævis etiam levis læſio dubia ſaltèm redditur, nihil operari poterit pactum expreſſum quo illi ſolemniter renuntiatum fuit? quæ quidem renuntiatio ampliſſimis verbis concepta, & effrenatis clauſulis munita in Inſtrumento, quod hìc non exſcribam, confirmata deindè fuit in Brevi., cujus memini *n.*42., & quo, Motu proprio, & de plenitudine poteſtatis confirmatur d. contractus, ſublata etiam d. exceptione, ibi = *Seù etiam prætextu læſionis etiam anormis, & ænormiſſimæ, ac totalis &c.* Injuſtum enim pati dicitur is tantùm, qui præter voluntatem id patitur, ut ex *Ariſtotel.Ethicorum lib.*5.*cap.*9. ad rem noſtram ait *Gallerat. de renunciat.cent.*2.*renunc.*102.*n.*22. *Re-*

§. VI.

Reſpondetur tertiæ exceptioni, quod nempè res nequeat reſtitui in eo ſtatu, in quo reperiebatur tempore ſequutæ venditionis.

52. Hùc redeunt ea, quæ latiùs diximus §.III., videlicet nulla juſta ratione, exceptionem iſtam opponi ampliùs poſſe adversùs Rev. Cameram Apoſtolicam, nàm anno 1664., quo vigore Pacis Piſis compoſitæ clar. mem. Duci Raynutio II. conceſſum fuit novum octennium pro redimendo Caſtrenſi Ducatu, & Roncilionis, damna in eiſdem per Miniſtros Rev. Cameræ illata, & quibus dd. Loca deteriora effecta dicebantur (quod tamen negatur) cum jàm eo tempore adeſſent, Ducemque latere minimè poſſent, & nihilominus in articulo primo d. Pacis claris, apertiſque verbis cautum fuerit, quod ſi ipſe dd. Ducatus recuperare intendebat, nulla facta mentione, aut æſtimatione dd. damnorum, integrum pretium Rev. Cameræ reſtituere teneretur: vice autem verſa ſi ipſe nollet, aut non poſſet redemptionem perficere, Rev. Camera adipiſceretur liberum illorum Dominium, quorsùm hodiè affertur exceptio iſthæc, quæ adeò ſolemni actu ſublata penitus certè fuit?

53. Verumtamen non ex ſolo Articulo Pacis Piſis initæ exceptio iſta reiicienda videtur, ſed prætereà illam injuſtè ſemper oppoſitam fuiſſe perſpicuum redditur ex pactis, & conditionibus ipſi Inſtrumento venditionis adpoſitis. Obligatio namque Rev. Cameræ in caſu redemptionis à Sereniſſimo Duce Parmenſi faciendæ concepta fuit hiſce verbis communi Partium conſenſu, ac maturè adpoſitis videlicet = *Sequuta verò actuali effectiva ſolutione, & adimpletis pro ſupradicta redemptione adimplendis, modo, & forma, quibus ſupra, ex parte Ducis, ſuorumque præfatorum, tùnc Rev. Camera retrovenditionem facere, & Bona, & jura prædicta in ſtatu, & terminis, quibus reperientur, reddere, & reſtituere, ſalva tamen omni, & quacumque deterioratione ex* cul-

culpa Cameræ proveniente = ſenſus itaque dd. verborum is eſt, quod Sereniſſimus Dux redimere volens dd. Bona, facere teneretur veram, & realem ſolutionem pretii, ut ea facta Camera cum effectu retrovenderet; prout quidem efflagitabat juris ratio *clar.mem.Card.de Luc.de emphyt.diſc.62.num.16.* allegans *Fontanell.deciſ.73., & 74., Covaru.variar.reſol.lib.1.cap.15.n.8.*, & apertè præſeferunt illa ſuperiùs relata conventionis verba, quæ utpotè concepta per ablativa abſoluta, ibi = *Sequuta verò actuali effectiva ſolutione &c.* = veluti inducentia conditionem ad *Text.in leg. Teſtatore ff. de condit., & demonſtrat., Menoch. conſ.152.num.10.lib.2., Surd.conſ.52. num.28. uſque ad 35., Caſtill. quotid. contr. Jur. lib.4.cap.25.num.8.* apud quem alii, operabantur quod eadem prius adimpleri deberet *Gratian. diſcept.forenſ.cap.45.num.19., & cap.307.num.8., & cap.529. num.9.* cum aliis allegatis per *Rot.coram Card.Cerro deciſ.109. num.11., & deciſ.940.num.3.* præſertim verò in caſu noſtro, in quo per dictionem *tùnc* denotantem extremitatem temporis, ut pluribus allegatis tradit *Barboſ. de diction. uſufreq. dict.409. num.1., & ſeq.* dicitur, quod *tùnc Rev. Camera retrovenditionem facere, & Bona, & Jura prædicta in ſtatu, & terminis, quibus reperientur, reddere, & reſtituere &c.* = hac enim loquendi forma apertè declaratum fuit, quod Camera in retrovenditione facienda Bona reſtituere teneretur in ſtatu, in quo tùnc reperirentur, non reſpiciendo priorem ſtatum, in quo erant, quando ipſi vendita fuerunt.

54. Neque verò idcircò voluit, (ſi fortè deteriora illa effecta fuiſſent,) adimere D. Duci actionem pro damnorum refectione conſequenda, quæ propтereà eidem præſeruata fuit clauſula illa, ſalva tamèn omni, & quacumque deterioratione ex culpa Cameræ proveniente, quæ tamèn præſervatio (immota manente natura præcedentis diſpoſitionis) non eximebat D. Ducem ab obligatione veræ, & realis ſolutionis pretii faciendæ apud Depoſitarium Generalem Rev. Cameræ, tunc dumtaxàt Bona reſtituere obligatæ, quum damnum culpa Rev. Cameræ datum reperiretur, & de jure ab ipſa præſtandum eſſet.

55. Mi-

55. Mirificè id confirmatur alio ſubſequuto pacto, quo poſt conventam deſcriptionem dicti Status, ſubjuncta fuit declaratio illa, nempè = *Hac tamèn declaratione addita, quod per hujuſmodi deſcriptionem Camera in caſum redemptionis non teneatur Bona prædicta reſtituere, niſi in ſtatu, & terminis, in quibus tunc reperiuntur, & proùt de jure, ut ſupra, quia ſic &c.* = . Profectò Contrahentes apertiùs declarare non poterant eorum mentem! & ſanè æquum erat, quod Rev. Camera, quæ promptè omnia reſtituebat, aliqua pretii parte minimè careret, donèc ſuppoſita damna liquidarentur, declararetur, an ejuſdem culpa data eſſent, & denique an de jure ad illa ſarcienda teneretur, hæc enìm omnia cùm determinari minimè poſſent, niſi poſt longas Litis, & Judicii ambages, juſta ratione cautum fuit, quod nè interìm Rev. Camera illorum colore careret re, & pretio, prompta, atque integra illius ſolutio retardari minimè deberet *Surd. conſ.* 101.*num.*45.*verſ. ſed quia tom.*1.

§. VII.

Et ultimus.

In quo agitur de excameratione Ducatus Caſtri, & Roncilionis vigore Pacis Piſanæ factæ à ſan: mem: Alexandro VII., & novi Octennii conceſſione pro redimendis dictis Ducatibus, quo durante, cùm clar: mem: Dux Raynutius nunquam illos redemerit; ideoque jàm dudum redierint ſub irrevocabile Dominium Rev. Cameræ Apoſtolicæ, locus nullus eſſe poteſt petitioni Sereniſſimi Ducis Parmenſis.

56. Ut expoſitum fuit in enarratione Facti, cùm clar: mem: Dux Raynutius Secundus, intra octo annorum tempus ipſi præſcriptum, Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis redimere non curaſſet, ideoque Rev. Cameræ quæſitum iàm fuiſſet plenum, ac irrevocabile Dominium rei emptæ, juxta legem ſancitam in Inſtrumento venditionis, apertiſſimis illis verbis = *Eoque termino*

 ela-

elapſo, & ſolutione dictæ quantitatis, ac redemptione non factis, incontinenti, & in eodem inſtanti, ipſo jure, & ipſo facto, & abſque alia declaratione, idem jus, & facultas redimendi cenſeantur, ac verè ſint expirata, illisque dictus Sereniſſimus Dominus Dux, & alii prædicti ulteriùs uti non valeant ſub quovis prætextu, & cauſa etiam purgationis moræ, etiam ex æquitate canonica, ac etiam reſtitutionis in integrum, tàm ratione ętatis, quàm clauſulę, ſi qua mihi, vel aliàs quomodolibet, eoque caſu venditio cenſeatur, & ſit libera, pura, & perpetua, perindè ac ſi dictum Jus nunquam fuiſſet reſervatum ſicut ex nunc, proùt ex tunc &c., = fruſtraque eodem ſupplicante, ut à ſan: mem: Alexandro VII. novi Octennii terminus ſibi concederetur, terminus iſte poſt maturum rei examen, quale negotii gravitas efflagitabat, denegatus illi fuiſſet, tamquàm apertè contrarius legibus fundamentalibus Principatus, propptereaque deventum fuiſſet ad dictorum Ducatus, & Status in camerationem vigore Bullæ, quæ requiſito priùs in Sacro Conſiſtorio conſilio, & conſenſu Eminentiſſimorum Cardinalium, conſiſtorialitèr edita, tùm ipſius Summi Pontificis, tùm univerſi Sacri Collegii ſubſcriptione munita fuerat.

57. Nihilominùs, cùm ob perturbationes exortas inter Summum Pontificem, & Chriſtianiſſimum Regem Ludovicum XIV., clar: mem: Duci Raynutio, rei ſuæ gerendæ ſe ſe præbuiſſet occaſio, avidè illam arripuit, Rege enìm, ut magis, magisque angeret, præmeretque Summum Pontificem acritèr adversùs eum ſuſcipiente Principum Italiæ Cauſas, atque prætenſiones, licèt ad ipſum, ſuamque cauſam minimè pertinentes, obtinuit in Conventu Piſano, ut in *Articulo primo relato num.*34. facta excameratione dictorum Statuum, novi Octennii terminus ad redimendum ſibi indulgeretur, & in executionem dicti Articuli die 18. menſis Octobris ejuſdem anni, fuit facta diviſio dicti Status ad normam conventionis contentæ in Inſtrumento venditionis.

58. Jure, & jure quidem optimo, ſuſtinere poſſem dictam Excamerationem, ac conceſſionem alterius Octennii ad redimendos

dictos

dictos Status tamquam extortas per metum, & vim, cui à Summo Pontifice reſiſti nullo pacto poterat, præjudicium nullum intuliſſe juribus Rev. Cameræ, cui dicti Ducatus, & Status ritè, rectequè incorporati fuerant, ac per conſequens actionem nullam pro eiſdem recuperandis Sereniſſimo Duci Parmenſi indè parari potuiſſe. Porrò qua vi, qua neceſſitate Summus Pontifex ad hæc compulſus fuerit, diſertè refertur in contemporanea declaratione ſecretò facta, eadem die, qua in Conſiſtorio, approbata Pace Piſana, decreta fuе at Excameratio: in ea enim acerbiſſimo dolore confectus, narrat, Chriſtianiſſimum Regem, impotenti animo, nullum ampliùs modum iræ, odiisque ponentem, Civitatem Avenionenſem, & Comitatum Venayſinum occupaſſe, eundemque minitantem invadere iàm iàm univerſam Ditionem Eccleſiaſticam, Militem in Ducatum Parmæ, & Placentiæ S. Sedis Dominio ſubjectum, & in Mutinenſem quoque Ditionem induxiſſe, Stationes iuxta Confinia Status Eccleſiaſtici diſponendo; quæ copiæ in Italiam iàm deductæ, licèt conflarent ingentem Exercitum octodecim millium Militum: aliæ Alpes prætergredientes ſuppetias confeſtìm venturæ dicebantut; cumque fruſtrà imploraſſet opem Imperatoris, ac Electorum, & Principum Germaniæ preſſorum Turcico Bello, quo Hungaria conflagrabat: Et Rex Hiſpaniæ feſſus diuturnis Bellis, & ſenio afflictus, loco implorati auxilii, hoſtilibus copiis per Ducatum Mediolanenſem daret tranſitum denegatum Helvetio Militi, quem Summus Pontifex comparare deſtinaverat, idemque facturos timeretur reliquos Italiæ Principes: Veneta enìm Reſpublica commeatum, & Annonam ſubminiſtrabat Gallo Militi ſtationem habenti in finitima Regione Parmenſi, & Mutinenſi, & Dux quoque Mutinenſis *antiquam crambem recoquendo*, ut de Rege Sapore ait *Ammianus Marcellinus lib. 17. cap. 5.*, *& ſpes longas*, *& feras*, ut vocat *Tacitus annal. lib. 16. poſt med.*, excitando; obſoleta jàm, ac deſperata Jura, adversùs S. Sedem refricabat. Tot propterea undequaque Summus Pontifex obſeſſus malis, cenſuit vi, ac neceſſitati parendum, temporique ſerviendum eſſe, nedùm, ut averteret extre-

extrema mala Sanctæ Sedi impendentia, verùm etiam, nè novo Bello inter Chriſtianos Principes ſuſcitato, graviora Chriſtianæ Reipublicæ damna inferrentur ab immani Turcarum potentia exitium Hungariæ Regno, ac Venetæ Reipublicæ minitante.

59. His itaque omnibus expoſitis, Summus Pontifex declaravit, atque proteſtatus fuit excamerationem hiſce de cauſis ab ipſo factam, irritam perpetuò fore, tamquam vi ab ipſo extortam, contra leges fundamentales, ac Pontificias Conſtitutiones, quas jure jurando, in ſua ad Pontificatum aſſumptione ſe perpetuò ſervaturum promiſerat, mandauitque, quod, nè turbaretur Pax, quam iniquis conditionibus conficere coactus fuerat, dicta Proteſtatio ſilentio tegeretur, quoad ipſe viveret, & nonniſi poſt ipſius mortem ab Eminentiſſimo Cardinali Decano, & Chiſio Pontifici Succeſſori panderetur.

60. Et re quidem vera, juſtiſſimè Summum Pontificem doluiſſe de vi ſibi illata demonſtrare poſſem commemorando duriſſimas conditiones, quibus ad redimendam Pacem inductus fuit, ſed nè longiùs ſermo protrahatur, illæque perlegi poſſint apud Scriptores citatos *num.*34., ſatis erit innuiſſe quale de ea Europæ judicium fuerit, referendo, quæ ſcripſit *Vicquefort. in ſuo Tractatu inſcripto L'Ambaſſadeur, & Ses fonctions lib. 1. ſect. 27. prop. fin.*, ibi = *Ceſut un traitè en effet: mais à des conditions bien inegales. Le Pape s'y obligea à une reparation qu' on pouuoit appeller amende honnorable &c. Puiſque le Roy paſſoit par deſſus la conſideration, que toutes les puiſſances Catholiques ont accoſtumè d'avoir pour le Pape; & qu' il vengea ſi cruellement l'outrage qu' on avoit fait à Son Ambaſſadeur* =, & *tom. 2. Reflexions ſur les memoires pour les Ambaſſadeur fol.* 13., ibi = *Ce bon Pere voyant ce cher fils irritè, ſentit la main rude d' Eſaù, & rèclama la douce de Jacob, qui eſt l'Eſpagne, & les autres pour l'aſſiſter à calmer une colere qu' il s'eſtoit innocentement attiree: mais il trouua ces Puiſſances, ou ſordes, ou froides: ce qui l' obligea à caler, & à conſentir au traitè ignomineux de Piſe* =.

61. Cùm

61. Cùm igitur ambigi nequeat, quin excameratio in executionem Piſanæ Pacis à Summo Pontifice facta, vi, metuque extorta dicenda ſit, inanis erit quæcumque obligatio ex tali facto deſcendens, ait enìm *Cicero* 1. *de offic.* 10. *non eſſe ſtandum illis promiſſis, quæ coactus quis metu fecit*, ſive talis obligatio beneficio reſtitutionis in integrum, & remedio Juris, ut placuit *Grotio lib.* 2. *cap.* 11. §. 7., ubi *Teſmerus litt. L. ex Thuano*, & *Camden.* memorandum affert Reginæ Angliæ exemplum, qua, dùm Carcere mancipabatur, Regno cedere coacta, ceſſio iſthæc in conventu Procerum, ac Nobilium tamquam metu extorta, irrita declarata fuit, ſive ſublatis ambagibus, quas ad uſum Fori civilis pertinere cenſuit alibi *citatus Pufendorf. lib* 3. *cap.* 6. §. 12. ſimplicitate Juris naturalis tollatur, præſertìm quando agitur inter eos, qui communem Judicem non agnoſcunt, quod etiam probat *Joannes Barbeirac. ad Pufendorf. d. cap.* 6. §. 8. *annot.* 5., & §. 12. *annot. pariter* 5., *ex Dionyſio enim Alicarnaſſeo lib.* 8. = *Quidquid neceſſitas pro tempore vel privatis hominibus, vel Civitatibus extorquet, tantiſper durat, donec ceſſet ea neceſſitas*.

62. Idque obtinere in iis etiam promiſſionibus, quæ finiendi Belli cauſa fiunt, edocemur reſponſione ab illo excelſi animi Privernatum Principe data, qui, ut apud *Valerium Maximum lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 1. à Plautio Conſule interogatus in Curia = *Qualem cum eis Pacem habituri eſſent, impunitate donata. At is conſtantiſſimo vultu, ſi bonam dederitis, inquit, perpetuam, ſi malam, non diuturnam* = utque idem ſubdit, Sapientiſſimis Patribus minimè offenſis animoſo dicto, ingenitæ libertatis tuendæ propoſitum patefaciente, ea *voce perfectum eſt, ut victis non ſolùm venia, ſed etiam jus, & beneficium noſtræ Civitatis daretur*. Confirmare prætereà id poſſem præclariſſimis exemplis: quibus, licet plurimis omiſſis, offeram dumtaxat ſolemne factum Ludovici Imperatoris, qui perfidia Adelgiſi coactus ad iniquam Pacem, veniamque illi, Sacramento confirmatam, concedendam: veniens Romam, petiit à Joanne VIII., *ut Concilium de ſumma re convocaret. Ibi congregatis Patribus* &c. Sacramento, quo sè obſtrinxerat, *Divina auctoritate*, per Summum Pontificem

abſo-

Digitized by Google

abſolutus fuit, cenſuere enim Patres, *Sacramentum non eſſe, quod adverſus Rempublicam ſuſciperetur*, ut luculenter refertur à *Sigonio hiſtoriar. de Regno Italiæ lib.5. ad ann.* 872., *&* 873. nec denique deſunt præclariſſimi Scriptores, quorum auctoritate ſententiam hanc comprobem, ſed ex his eligam egregium illum Juris publici Auctorem, *Puſendorf* nempè *de Jure naturæ, & gentium lib.*8. *cap.*8. §.1., ubi queſtionem hanc abſolvit his verbis = *Ergò veriùs videtur, eum, qui Bello injuſto petitus, poſtquam ad pacificam diſceptationem sè sè obtulit, & Bellum deprecatus eſt* (prout certè fecerat San. Mem. Alexander VII., qui totiès obtulerat Miniſtris Chriſtianiſſimi Regis pacificè agere, atque componere controverſias omnes à D. Duce Parmenſi contra S. Sedem promotas) *ad iniquam Pacem adigitur nullo jure probiberi, quo minùs Paci nondùm impletæ, exceptionem metus opponat: aut poſt, occaſione data, reparationem injuriæ quærat. Sicuti & Polybius lib.*3. *cap.*30. *pronuntiat, juſtam fuiſſe Pœnis cauſam Belli ſecundi in Romanos ſuſcipiendi eo nomine, quod quondam ipſis inter res Domi ancipites verſantibus, Sardiniam, & magnam vim pecuniæ Romani extorſiſſent. Occaſione enim invitati ultum iverunt eos, qui per occaſionem temporum ipſis nocuerant* = idque optimè declarat, atque confirmat ſubdendo caſum, in quo hoc minimè liceret, inquit enim = *Aliter tamen dicendum fuerit, ſi inter Belligerantes ab initio, contractus velut aleæ fuerit initus. Id quod fieri intelligitur, quando de cauſa nondum liquida rejectis mediis pacificis, ad arma protinùs convolatur, aut perſecutio injuriarum, prætenſionumque, quæ via Juris, aut per tranſactionem baberi poterat, eventui Belli committitur. Heic enim aperte Mars arbiter ſumitur, & hoc animo utrinque in Bellum deſcenditur; aut Bello jus, injuriamve aſſeram, aut plura perdam. Hoc ſanè modo, qui in Bellum ruunt, ubi adverſi quid patiantur, non magis de injuria ſibi facta conqueri poſſunt, quam ſi qui ex condicto in Duello pugnans vulneratur*, = & cum eo ibi concordat *Joannes Barbeirac*.

63. Jure igitur Summus Pontifex in adeo grave præjudicium S. Sedis ad iniquam Pacem adactus, coactuſque ſubire duriſſi-

mam

mam conditionem ſibi impoſitam, non ut ſatisfaceret Regi, quem maximo alioquìn cum detrimento pacare curaverat, ſed ut expleret injuſtas prætenſiones Vaſſalli, qui fretus ope potentiſſimi Regis in ſuum Dominum inſurrexerat, ſuperiùs memorata proteſtatione conſulere poterat ejuſdem S. Sedis indemnitati, adverſus nondùm impletam, executamque conditionem adjectam Paci, exceptionem metus opponendo: quod nec etiam improbatur ab Hugone Grotio, qui licèt ea, quæ Belli finiendi cauſa promittuntur, adeò valida cenſeat, ut inuito eo, cui promiſſa ſunt, in irritum deduci non poſſint, attamen agnovit id in jure externo poſitum eſſe, dumtaxat, nempè quoad Forum, & effectus externos. *Nequè tamen*, ut ipſe ait *lib.3. cap.19. §.11. num.2.*, *hinc ſequitur eum, qui tale quid Bello injuſto extorſit, ſalva pietate, ſalvis Viri boni officiis, poſſe retinere quod accepit, aùt etiam cogere alterum, ut ſtet pactis ſivè juratis, ſivè injuratis. Intùs enim, & ipſa rei natura id injuſtum manet: neque interna hæc injuſtitia actus tolli poteſt niſi ex novo, & verè libero conſenſu*: & sic etiam Grotium declarat Barbeirac ad *Puſendorf. d. cap.8. §.1. annot.1.*, qui conſenſus cum in caſu, de quo agitur, nedùm defuerit, verùm id omne, quod per vim promiſſum fuerat, poſitivo diſſenſu illicò revocatum appareat, nec Chriſtianiſſimus Rex, nèc Sereniſsimus Dux Parmæ *ſalvis Viri boni officiis*, cogere poterant Summum Pontificem, ut ſtaret pactis; Idque etiam agnovit Chriſtianiſsimus Rex, qui quotiès defuerunt ſimultatum cauſæ, nunquam ampliùs curavit executionem primi Articuli Pacis Piſanæ, licet ille diù rem remoratus fuiſſet.

64. Veruntamen hæc dixiſſe volui, non quia Jura S. Sedis hoc egeant præſidio, ſed ut clariùs eluceſcat, quam injuſtè Sereniſſimus Dux Parmæ conqueratur, quod Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis à S. Sede retineantur, quando clar.mem. ipſius Genitor culpa ſua etiam poſt excamerationem ab Alexandro VII. factam vigore Pacis Piſanæ, & quæ tamquam irrita juſtè improbari potuiſſet, illos nunquam redimere curavit. Nam licet præfatus Summus Pontifex diù ſupervixiſſet, nihilominus nihil interim agendo pro dicta redemptione perficienda, non niſi in

Digitized by Google

extrema illius vitæ periodo, & dùm cum inſtanti morte colluctabatur, quatriduo nempè antequam moreretur, Ducis Miniſtri obtulerunt medietatem pretii, pro medietate dd. Statuum redimenda, qua oblatione tamquam verbali rejecta à R. P. D. Commiſſario Generali Rev. Cameræ, biduò poſt iidem D. Ducis Miniſtri sè sè contulerunt ad Ædes bon. mem. Petri Nerli Depoſitarii Generalis Rev. Cameræ, ajentes ſe in Curribus detuliſſe viginti ſacculos monetarum aurearum, nempè ſexaginta millium numuum aureorum, vulgò nuncupatorum *Doppie*, qui, cum nec etiam conflarent quartam partem medietatis d. pretii, quæ erat ſcutorum 814865. dixerunt, quod dùm allatæ pecuniæ quantitas numeraretur, reſiduum pretium allaturi eſſent; Verùm oblatam pecuniam recipere renuit Depoſitarius dicens, ut refertur in relatione hujus facti exarata à bon. mem. R. P. D. Proſpero Bottini, teſte quidem contemporaneo, & ratione muneris Advocati Fiſcalis negotii hujus optimè gnari = *Che non aveva queſta facoltà, & eſſendoſi fatta la medema iſtanza à Monſignor Teſoriere, fù data l'iſteſſa riſpoſta, e detto, che ſi faceſſe il Depoſito ai luoghi ſoliti ò del Monte della Pietà, ò del Banco di San Spirito, il che per qualche ſoſpetto, che foſſero ſequeſtrati da molti altri Creditori di Cenſi in groſſe ſomme, non ſi volſe praticare* = ſubditurque in dicta relatione, quod *Di tali oblazioni non accettate ne furono fatte le Proteſte per rogito di Notaro di Parma venuto à queſt'effetto, & i ſacchetti de' danari furono rimandati* = quibus Proteſtationibus ſuperaddita fuit interpellatio Rev. Cameræ pro damnis, & intereſſe, quæ Miniſtri D. Ducis aſcendere dixerunt ad ingentem, & incredibilem ſummam ſcutorum 270. qualibet die. Adverſus haſce proteſtationes, & interpellationem non omiſit R. P. D. Commiſſarius alias contrarias proteſtationes opponere. Deindeque nulla amplius nèc reali, nèc verbali pretii oblatione facta, res diù, diuquè ſiluit.

65. Ambigi ſanè minimè poſſe videtur, quìn talis oblatio juſtè rejecta fuerit à Miniſtris Rev. Cameræ; nam omiſſo illam peractam fuiſſe adeò importunè, expectato nempè tempore, quo Summus Pontifex animam penè agebat; juſta ratione affirmari poteſt

poteſt eo ſolo nomine dictam oblationem recuſari potuiſſe, quia reuera eſſet merè verbalis, & non realis, nec integra, qualis requiritur, ut Debitori ſuffragetur, juxtà expreſſam diſpoſitionem *Textus in leg. Creditor 20. ibique Gloſs. in verb. Creditor Cod. de pignor., & in leg. Debitor 7. ff. de uſur.* latè *Hippolit., Riminald. conſ. 171. num. 47., & ſeqq., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 3. quæſt. 105. num. 14.*, & frequenter apud alios. Imò verò tametſi fuiſſet realis, non idcircò tamen Miniſtri D. Ducis obligationi, quæ eiſdem incumbebat ſatisfeciſſent; Nam ut pactum redimendi tali oblatione perpetuatum, aut protractum dici potuiſſet: Miniſtris Rev. Cameræ pecuniam oblatam recipere recuſantibus: illi D. Ducis eam obſignare, & deponere debuiſſent, ut liberati, ac obligationi ſuæ ſatisfeciſſe dici poſſent: ut generale eſſe in omnibus Contractibus tradit *Bartol. in leg. Acceptam num. 11. Cod. de uſur., Duaren. in leg. Si mora §. Quo minus Dotem reciperet, circa med. ff. ſolut. matrim. fol. mihi 323. tom. 1.* ibi = *Proindè ſi velit Debitor omninò liberari, neceſſe eſt, ut rem, quæ oblata eſt, obſignatam ſignis, & anulis Signatorum in loco ſacro, aut publico deponat* = *& tom. 2. tit. de action. pignorat direct. cap. 4. fol. mihi 151., Tiraquell. de retract. lignag. §. 7. Gloſs. 3. num. 1.* ibi = *Tamen de Jure communi venditore recuſante pretium accipere, deberet conſanguineus illud conſignare, & deponere* = *Menoch. conſ. 556. num. 6., ex quo Adden. ad Gregor. dec. 559.* in noſtra ſpecie firmat *oblationem non ſufficere in hac materia pacti de retrovendendo, ſed requiri depoſitum, plures referendo, & atteſtando de magis communi tenet Menoch. &c. Ruin. conſ. 171. ex num. 45., ubi num. 50.* id confirmat ex *Textu in leg. final. ff. de leg. commiſſor., Altograd. conſ. 24. num. 97. lib. 1.* Ex quibus obeſſe minime poſſe noſcitur, quod Depoſitarius Cameræ, penes quem pecunia deponenda erat (ità jubentibus Miniſtris Cameralibus) illam recipere recuſauerit: nam, ut mox probatum eſt, ſicuti renuente Creditore pecuniam accipere, debitoris indemnitati conſulitur per illius depoſitum, ità etiam ſimile depoſitum faciendum erat, reiecta per Cameræ Miniſtros pecunia oblata: Nam cùm Camera ſit perſona ficta, ſeù corpus ina-

nime

nime, conſenſum per ſe non habens, ſed ſimpliciter repræſentans *Bald.conſ.363.num.2.lib.1.*, *Afflict. in Conſtit.Regn.Neapol.in prelud. queſt.15.num.4.*, *Nicol. Moron. de fid.*, *Treg. & Pac. queſt.131. num.12. inter tract. magn. tom.11.par.1.fol.442.*, *Boer. deciſ.277. num.7.* ab eius legalibus adminiſtratoribus recuſata oblatione pecuniæ, eadem deponenda erat. Certiùs in caſu noſtro, quia ut dictum eſt §. *Superiore* D. Ducis Miniſtris acriter inſtantibus, quod præciperetur Depoſitario Generali Rev. Cameræ, ut pecunias reciperet, ab Illuſtriſſimo D. Theſaurario illis reſponſum fuerat, quod eam deponerent in Æde Sacra, vel alio loco publico, ità enim illicò conſtitiſſet, an talis oblatio tamquam merè verbalis iuſtè rejecta fuiſſet nec ne?

66. Sed nec ſatis id fuiſſet: oportuiſſet enim, quod depoſitio, & obſignatio pecuniæ perſeveraſſet, eadem, loco ſuo minimè amota, ex mox *citata leg.Debitor*, ubi communitèr Scribentes, atque etiam *Cujac. tom.1. oper. poſth. in lib.2. reſponſ.*, *Papian. fol. mihi 76. lit. D.*, *& E.*, quod factum minimè fuit à Miniſtris Sereniſſimi Ducis, qui partem illam pecuniæ, quam obtuliſſe, & attuliſſe aiebant, Domum ſecum reportarunt. At verò ſi adeò reqniritur, quod pecunia obſignata, & depoſita à loco minimè amoueatur, ut ex illius amotione ſequatur odioſus ille effectus, quod nempè uſuræ, quas ſiſtere cęperat depoſitum, iterùm deberi incipiant, ità quidem, ut poſterior mora per amotionem pecuniæ à Debitore contracta purget priorem moram Creditoris, qui noluit accipere oblatam pecuniam, ut relatis aliis Juris noſtri locis, argumentatur *Cujac. ad dictam leg. Debitor*, quonàm pacto ſuperiùs relata oblatio, quæ tametſi realis fuiſſet, momentanea tamèn fuit, & non ſolùm facta abſque obſignatione, & depoſitione pecuniæ in Æde Sacra, ſed cum contemporanea illius amotione, ſuffragari potuit pro conſtituendis Miniſtris Cameralibus in mora, qua injuſtè detrectaſſe dici poſſent retrovenditionis contractum celebrare?

67. Plura his addi poſſent, quibus iſtiuſmodi oblationis nullitas confirmetur: Verùm nè rem hanc Fori civilis praxi, ac ſubtilitatibus tractare velle videar, nihil quod attinet ad Jus, ſed, ut ex

Cice-

Digitized by Google

Cicerone in Topicis admonet Duren. diſputat. anniverſariar. lib. 1. *cap.* 41. *fol. mihi* 279. *ad med.*, quæram in facto, *quid antè rem*, *quid cum re*, *quid poſt rem evenerit*. Antè rem, antè videlicèt oblationem adeò inopportuno tempore factam, nihil unquam, quod noverim, actum, dictumque fuit. In re verò ipſa, tempore nempè factæ oblationis, ut mox dictum eſt, cùm Miniſtri Rever. Cameræ illam recuſaſſent tamquàm merè verbalem, ii, qui Sereniſſimi Ducis negotia gerebant, loco obſignandi, deponendique pecuniam in Æde Sacra, prout requirebatur, pro illis conſtituendis in mora: contenti ſolummodò aliis verbalibus proteſtationibus, rem infectam reliquerunt.

68. At longè grauiùs dicti D. Ducis Miniſtros peccaſſe comperiemus, ſi ſpectemus, quid poſt rem evenerit: Hi enìm, qui nulla inſtanti neceſſitate impellente, temperare ſibi nequiverant, quìn adeò importunè grave hoc negotium aggrederentur in ultima vitæ periodo Summi Pontificis, nihilominùs brevi temporis ſpatio ad Summi Pontificatus apicem evecto ſan: mem: Clemente IX., conquieverunt. Nèc eſt quod in ſupplici Libello dicatur, quod in illius Pontificatu = *Tenutaſi una Congregazione dallo ſteſſo deputata ſopra queſto affare*, *à cauſa di qualche motivo politico*, *ſi moſtrò bensì queſta difficile à venire à quelle reſoluzioni*, *che richiedeva la tanto manifeſta giuſtizia della Caſa Farneſe*, *e l'obligo contratto dalla Corte Romana nel più volte enunziato trattato di Piſa*, *mà ſi ſeppe*, *che nulladimeno eſſa Congregazione era ſtata di parere*, *ed aueua dichiarato*, *che foſſe giuſtizia di reintegrare in qualche altra forma*, *e con qualche altro equivalente il Duca di Parma* = Porrò hæc, quæ hìc dicuntur, non conſonant nec illis, quæ anteà, nec iis, quæ poſteà tractata fuerunt. Vigore enim Pacis Piſanæ, quæ ibi enuntiatur, Dux Raynutius rem benè ceſſiſſe ſibi credidit, obtento nouo octennio ad redimendum; quapropter ut ſub Clemente IX. voti compos fieret, nihil aliud ipſi agendum erat, quàm deponere pecuniam illam, quæ tanto cum ſuo incommodo, juxta præſcriptum Capitulationis Piſanæ, ſub Alexandro VII. compara-

Digitized by Google

ta dicebatur; ſic enim illicò recuperaſſet medietatem Ducatus Caſtrenſis, & Status Roncilionis.

69. Deindè verò ad Summum Pontificatum aſſumpto Clemente X., illi ſupplicavit, ut mandaret Eminentiſſimo D. Card. Camerario, Reuerendiſſimo Theſaurario Generali, Commiſſario Cameræ, ejuſque Depoſitario Generali, quod reciperent medietatem pretii pro redimenda medietate dd. Ducatuum; denegatum id ſanè minimè fuiſſet, quia ità conventum fuerat in d. Capitulatione, & octennium nondùm elapſum fuerat: Verùm cum illius finis jam immineret, ſupplicavit etiam Summo Pontifici, ut declararet, quod ipſi nocitura non eſſet terminatio dicti octennii redemplioni faciendæ præſtituti, ſed quod illud ab ea die decurrere inciperet.

70. Gravi hoc negotio delato ad Sac. Conſiſtorium, eoque maturè examinato, utraque Sereniſſimi Ducis inſtantia rejecta fuit; Non enim docebatur, quod medietas pretii oblata pro redemptione perficienda, revera parata eſſet, ut perſuaſum erat etiam nonnullis, perpaucis tamen, qui Sereniſſimo Duci, morem gerere è re eſſe cenſebant: nunquam enim illæ obſignatæ, ac depoſitæ fuerant, vel quia deficerent, vel quia, ſi fortè aderant, D. Dux, cum non haberet tantam pecuniarum vim, qua antè imminentem lapſum octennii redimere poſſet totum Ducatum Caſtrenſem, & Statum Roncilionis, ſolam illorum medietatem recuperare non curavit; Prorogatio verò octennii denegata fuit, nè penitùs convellerentur Sanctiſſimæ Conſtitutiones S. Pij V., aliorumque Summorum Pontificum, quarum beneficio Ditionem Eccleſiaſticam indiminutam reperiri, & conſervatam dicere poſſumus.

71. Finito itaque octennio, nullum ampliùs illi ſupererat remedium, quo juvari poſſet. Purgatio namque moræ, quæ ſola illi profuiſſet, eidem expreſsè adempta legebatur in Inſtrumento venditionis celebratæ cum Innocentio X., cujus verba retulimus *num.* 56. ad quod Inſtrumentum cum expreſſa relatio ſemel, atque iterum habeatur in Articulo Piſano relato *num.* 34.; & in illius ratificatione ab Alexandro VII. conſiſtorialiter fa-

cta,

ĉta, ut in primo illius Capitulo, ibi = *Primò quod ſalvis præmiſſis, illiſque firmis remanentibus, in reliquis non contrariis habeatur relatio ad Inſtrumentum aliàs ſub die* 19. *Decembris* 1649. *inter Cameram Apoſtolicam, & d. Ducem celebratum* = & rurſus, magiſque expreſsè in 4. Capitulo, ibi = *Quod d. D.Duce, aut ejus ſucceſſoribus deficiente, vel deficientibus in recuperatione, ſeù redemptione dd. Ducatus, & Status in tempore, & modo in prædictis Capitulis conventis, iidem Ducatus, & Status cum eorum annexis, membris, & pertinentiis prædictis ſint, & intelligantur eo ipſo reincorporati, atque reuniti d. Rev. Cameræ Apoſtolicæ* = inde ſequitur, quod cum ageretur de redemptione in ſolemni capitulatione Pacis promiſſa, atque permiſſa taxativè intrà octennii tempus, ſi hoc caſu purgatio moræ, etiamſi expreſſo pacto denegata minimè legeretur, locum tamen habere nequiuiſſet, ut ait *Grot. lib.* 3. *cap.* 20. §. 25. verbis illis = *Quod verò quidam ajunt moræ purgationem intrà breve tempus admitti verum non eſt, niſi improviſa neceſſitas impedimento fuerit, nam quod Canones nonnulli purgationi tali favent, mirum non eſt, cum eorum officium ſit Chriſtianos ad ea promovere, quæ charitati mutuæ conveniunt. At in hac quæſtione de pactis interpretandis, non jam quærimus quid melius ſit, imò nec quid à quoque religio, & pietas expoſcat, ſed ad quid cogi poſſit, quod totum verſatur in eo jure, quod externum dicimus* = quonam pacto eadem allegari potuiſſet contrà adeò ſolemne pactum in d. Capitulatione Pacis approbatum?

72. Imò verò æquitatem hanc canonicam ſilere etiam in privatis contractibus quando illi renunciatum fuit, ut puta per adjectionem certæ diei, ſive temporis, intrà quod aliquid adimplendum ſit, nè ſequatur, *quod fruſtrà eſſet adjectum certum tempus, atque ſic illius adjectio eſſet illuſoria, inutilis, & ſupervacanea*, ut ait *Tiraquell. de retract. conventional.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 43., ut certè ſequeretur, ſi poſt illud licita eſſet redemptio, ut *Tiraquell.* referendo ait *Rot. coram ſan: mem: Gregor. XV: deciſ.* 559. *num.* 2., & conferunt tradita per *Alexand. in leg. ſi Inſulam num.* 15., *& ſeqq. ff. de verbor. obligat.*, *Bellamer. conſ.* 9. *num.* 3.,

num.3., *Boer.conſ.22.num.4.*, *&* 5., *Pariſ.conſ.19.num.245. lib.1.*, *Bero conſ.120.num.21.lib.1.*, *Rodoer.conſ.16.num.11.*, *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap.125. num.33.*. Et ſanè ſi pacta rumpunt leges, & contractus ex conventione legem accipiunt *Thabor. axiom. Jur. lib.14. cap.1. axiom. 2.*, quonam pacto in contractu facto à Contrahentibus, qui alioquin habent plenam poteſtatem rei ſuæ adjiciendi conditiones, & pacta ſibi placita, locus eſſe poterit purgationi moræ? *Pariſ. conſ. 19. num.246. lib.2.*, *Rodoer. conſ.16. num.40.* ibi = *In quibus terminis nulla æquitas ſuadet admitti purgationem moræ contra legem, quam in re mea dixi* =, *Gratian. diſcept.515. num.25.*, *Staiban. reſol. forenſ. 27. num. 20.* =, ibi = *Quæ moræ purgatio ex alio denegari deberet in caſu noſtro, cùm ſimus in diſpoſitione Hominis habentis facultatem in re ſua apponendi conditiones ſibi meliùs viſas, quo caſu nulla habetur conſideratio æquitatis canonicæ* =, iiſdemque verbis loquitur *Caren. reſolut.23. num.8.*, & juſta quidem ratione, quia in præſenti caſu non agitur de illa purgatione moræ ex æquitate canonica competente ad evitandam devolutionem, ſive pœnalem caducitatem, ſed in caſu noſtro ademptio talis Beneficii non eſt pœna, ſed ſequitur ex natura ipſa contractus, atque ex mente Contrahentium, contra quorum voluntatem pactum redemptionis prorogari non debet, eo quod nonniſi infrà certum, ſtatutumque tempus illud exerceri poſſe in pactum expreſsè deductum fuerit *Rodoer. conſ.16. num. 41.*, benè ad rem exornans *Textum in leg.1. §. Conventionum verba in fin. ff. de pact.*, *Gratian. diſcept.515.num.24.*, *Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap.125. num.33.*, *Caren. reſol.23. num. 8.*, *clar: mem: Card. de Luc. de donat. diſc.19. num. 4.*, *Surd. deciſ.29. num.11.*, eoque certiùs in caſu noſtro, in quo tranſacto tempore præſcripto purgationi moræ, adeò præciſis, ac conceptis verbis excluſa fuit quævis purgatio moræ, ut inde rectè argui poſſit, quod aliter contractus initus nullo modo fuiſſet *Rodoer. dicto conſ.16.num.27.*

73. An fortè purgatio moræ ſola Sacrorum Canonum æquitate inducta, tanto favore potitur, ut tali beneficio per pactum renun-

nunciari nullo modo queat? certè canonica illa æquitas, quæ tale beneficium impartita eſt, illud in invitum etiam conferendum eſſe nullibi præcipit: contra verò familiaribus Juris noſtri regulis edocemur, quemlibet favoribus, atque beneficiis Juris liberalitate conceſſis renuntiare poſſe, quotiès talis renuntiatio prohibitoria lege vetita non eſt *Thabor.axiom.Jur.lib.6.cap.17. axiom.4.*. Certiùs in caſu noſtro, in quo fundamentales leges Principatus, quibus derogare non licet *Beſold. diſſert. politic. jurid.* §.9., *Puſendorſ. de Jur. natur., & Gent. lib.7. cap.6.* §.10., cùm expreſsè præcipiant, quod eædem nec etiam ex vera cauſa neceſſitatis, aut evidentis utilitatis relaxari quoquo modo queant, ut declaratum fuerat in Conſtitutione Clementis VIII., quæ refertur in Bulla Incamerationis Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis: nullus profectò locus relictus cenſeri poteſt purgationi moræ, quæ pro incameratione protrahenda tunc etiam allegari potuiſſet, niſi agnitum fuiſſet, quod ſi neceſſitas ipſa, quæ juxta omnium ore tritum effatum, non ſubeſt legi, imò illam vincit, ſolvere nequit dictarum legum diſpoſitionem, multò minùs id effici poterat per moræ purgationem impartitam pietate quadam, cujus cauſa vel minùs, vel ad ſummum nonniſi æquè privilegiata dici poteſt, ac cauſa neceſſitatis *Thabor. axiom. Jur. lib.12. cap.6. axiom.8.*. Non omittendo, quod dictæ leges utpotè conditæ ob illum ſummum, præcipuumque Eccleſiæ Romanæ favorem prævalere certè debent æquitati privatarum dumtaxàt Perſonarum favore inventæ, ex notis regulis.

74. Quæ cùm ità ſint, & plenè conſtabilita juſtitia Incamerationis Ducatus Caſtrenſis, & Status Roncilionis, eadem injuſtè hodie reſcindi petatur, juſtè clamare poſſumus, *nè inſidieris, & quæras impietatem in Domo Juſti, neque vaſtes requiem eius, Proverbior.cap.24.verſ.15.*

Et ità &c.

Ferdinandus de Valentibus Rev. Cam. Apoſtolicæ, & Fiſci Advocatus.

Digitized by Google

1 CUM Sanctiſſimo D. N. INNOCENTIO XIII. ſupplex porrectus fuerit libellus nomine Sereniſſimi Franciſci Farneſii Ducis Parmæ poſtulantis juſtè ſecum agi circà reſtitutionem Ducatus Caſtri, quem ad ſe, ſuamque Domum pertinere putat, hinc operæ pretium erit, ac menti ipſius ſupplicis libelli conſentaneum perpendere, atque examinare, an Juris, & Juſtitiæ ratio verè evincat Ducatum illum ſpectare ad Sereniſſimam Domum Farneſiam, itemque poſtulet illius reſtitutionem fieri à Rev. Camera Apoſtolica.

Cauſa ſcribendi exponitur.

2 Porrò in primis ſatis conſtat Romanam Eccleſiam juſto, legitimoque titulo Supremi Dominii poſſediſſe, ac poſſidere in Tuſcia Provinciam, quæ nuncupatur Patrimonium B. Petri, intra cujus fines exiſtit Ducatus Caſtri, ſitaque ſunt omnia Loca, & Terræ, ex quibus idem Ducatus componitur, adeoùt fermè omni ex parte eumdem Ducatum circumcingant aliæ Terræ itidem in temporalibus ſubjectæ Sedi Apoſtolicæ.

Demonſtratur loca omnia Ducatus Caſtri Supremo Dominio Sedis Apoſtolicæ ſemper fuiſſe in Temporalibus ſubjecta.

3 Quamquam verò in memorato ſupplici libello Sereniſſimi Ducis Parmæ ſupponatur, quòd nonnullæ Terræ, vel Loca, ex quibus Ducatus Caſtri conflatur, pertinerent, longè etiam ante Inveſtituram à Paulo III. conceſſam anno 1537. Petro Aloyſio Farneſio, ad ejus Majores cum prærogativa omnimodæ ſuperioritatis, ac totalis independentiæ à Sede Apoſtolica, huic ſcilicèt ſuppoſito anſam præbente expoſitione contenta in ipſa Bulla ejuſdem Pontificis Pauli III., ubi poſt enumerata ſpectabiliora Loca ad Ducatum Caſtri aggregata, quæque non ambigitur ſubjecta fuiſſe, & eſſe Supremo Dominio Sedis Apoſtolicæ, ità ſubjungitur = *Necnon, quæ ſemper eorumdem Ra-*

nuccii antiquioris , *&* *aliorum Majorum Prædeceſſorum noſtrorum prædictorum* , *&* *noſtra allodialia fuerunt* , *&* *ſunt* , *nec Sedi prædictæ* , *Romano Pontifici* , *aut Imperatori* , *vel alicui alteri Principi* , *Dominio* , *vel Domino in temporalibus ſubſunt* , *nec quoquo modo Superiorem recognoſcunt &c.* *Caput Montis* , *Biſentium* , *Theſci* , *Pigienovani* , *Monzanum* , *Pianzanum* , *Arleum* , *&* *Civitellam* , *ac Montis Alti* , *&* *Griptarum* = Erroneam tamen eſſe hujuſmodi expoſitionem ut oſtendamus , non alio indigemus documento , quàm eadem ipſa Bulla Pauli III. , quæ id manifeſtè convincit; ſub ejus quippè initium diſertis enarratur verbis, quòd nedùm Loca illa, de quorum ſubjectione nulla eſt dubitatio, ſed etiam aliqua ex iis ipſis, quæ poſteà dicuntur independentia a ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ, obvenerant Familiæ Farneſiæ ex Pontificum conceſſionibus, vel in Feudum, vel in Emphyteuſim, vel in Vicariatum factis, ut fuſiùs recognoſci poteſt ex eadem Bulla edita pro erectione Ducatus Caſtri, ejuſque Inveſtitura *Summ. Num.* 1.

4 Et re ſanè vera, quod omnia Caſtra, Terræ, & Loca ſub illo Ducatu comprehenſa, eſſent etiam ante Inveſtituram ſubjecta in temporalibus Supremo Dominio Sedis Apoſtolicæ, non tantùm ſuadet conſtans Juris præſumptio, juxta quam Terræ Juriſdictionales intrà Statum Eccleſiaſticum exiſtentes, non in liberum allodium, ſed in feudum à quibuſvis Poſſeſſoribus retineri cenſentur, firmo ſemper manente apud Sedem Apoſtolicam Alto , ac Supremo Domioio , ut enucleata veriori , magiſque communi Doctorum ſententia demonſtrat *Spad.conſ.*1. *à n.*1. *ad.*21.*lib.*1. Verùm etiam dilucidè comprobant autographa monumenta, quæ in Vaticano Archivio aſſervantur, & quorum compendiaria ſumma affertur in *Summar. Num.*2. Ex iis enim liquet Summos Pontifices ſuper

per

per iis Locis, Terriſque omnibus ſemper Dominii Jure polluiſſe,actuſque Dominio conſentaneos geſſiſſe, itemque eas longè ante Pontificatum Pauli III., tùm quandoque aliis Perſonis, tùm deindè Majoribus ex Familia Farneſia,ac Progenitoribus ipſius Pauli III.ſingillatìm conceſſiſſe,modò in pignus,modò in exphyteuſim limitatam ad certas generationes, modò, & frequentiùs,in Vicariatum, cujuſmodi titulus non differt à titulo Feudali,& æquè ſupponit, ac præſervat Supremum Dominium penès Concedentem,ut explicant *Felin. in cap. G. perpetuus ſub num.3. de fide Inſtrum.*, *Cuman. conſ. 262. num.2. verſ. Nàm Vicarius*, *Spad. conſ. 10. num. 18. lib. 1.*, *Natt. conſ. 661. num. 18.*, *Roman. conſ. 59. in 2. dub.*, *Maſtrill. de Magiſtr. lib.1. cap.6. num.6., & ſeqq.*

5 Aut igitur nullo numero habenda erit aſſertio,cujus errorem contraria veritas in ipſo fonte perſpecta detegit;aut ſi illam ab erroris nota placeat vindicare,exiſtimandum erit,quòd ubi Paulus Pontifex inquit aliqua Loca ad Ducatum Caſtri aggregata anteà ſpectaſſe ad Familiam Farneſiam cum libera allodialitate,ſenſerit ſolùm ſignificare pertinentiam tàm utilis, quàm directi, ſed inferioris,Dominii ad eamdem Familiam, non autem per hoc excludere illud altum Domininium,quod penès Supremum Principem manere poteſt,& manere intelligitur etiam in Locis Juriſdictionalibus,quæ à Vaſſallis poſſideantur cum titulo liberæ allodialitatis, ut docent *Boſſ. de Crimin. læſæ Majeſtat. num.190.*, *Roland. conſ.1. à num.134. ad 145. lib. 2.*, *Caſcb. conſ. 3. num.6., & ſeqq.*, *Peregrin. conſ. 1. num. 9., & 10. lib.1., & in Tract. de Jure Fiſci lib.1. cap.2. num.98.*, *Spad. conſ.1. num.13., & ſeqq. lib.1.*, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1. cap.12. num.50., & ſeqq., & lib.3. cap.2. à num.30.*, *Grammatic. deciſ. 30. num.3.*, *Jo: Franciſc. de Ponte de-*

 ciſ.2.

Digitized by Google

ciſ.2. à num.20. uſque ad fin., Rot. deciſ. 27. num.2. poſt 2. volum. conſil. Farinac.

6 Eoque certiùs id affirmare neceſſe eſt, quia idem Paulus III. anno 1547., ſcilicet decennio poſt erectionem Ducatus Caſtri, & Inveſtituram conceſſam Petro Aloyſio Farneſio, novas Literas Apoſtolicas edidit, in quibus priùs narravit ſe antea erexiſſe Ducatum Caſtri, quem ex pluribus etiam Oppidis antea poſſeſſis à Familia Farneſia compoſitum dixit, ibi = *Eidem ſic erecto Ducatui complura alia Oppida, Terras, Caſtra, & Loca, tam quæ antiquitus fuerant Domus, & Familiæ noſtræ Farneſiæ, quàm alia quædam recenter acquiſita tunc expreſſa univeramus, & applicaveramus* = Deindè verò ſubjunxit, quod defuncto Petro Aloyſio = *Horatius* (ſcilicet ejus filius) *à nobis*, PROUT DE JURE TENETUR, FEUDUM DUCATUS CASTREN. HUJUSMODI RECOGNOSCERE *volens debita cum inſtantia petierit, & ſupplicaverit, ut Ducatum Caſtren. hujuſmodi in ejus perſonam confirmare, & renovare, ac ipſum Horatium pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis prædictis etiam de novo de illo inveſtire dignaremur* = ac denique talis novæ Inveſtituræ conceſſionem fecit præfato Horatio, addita lege, ut Juramentum fidelitatis præſtare teneretur. *Summario Num.* 3. Hæc autem manifeſtum faciunt, quod Bona omnia componentia Ducatum Caſtri verè erant faudalia, & ſubjecta Supremo Dominio Sedis Apoſtolicæ, à qua in feudum recognita fuere, tam dictis, quàm factis, nempe cum præſtatione Juramenti fidelitatis, quæ propria eſt Vaſſalli, & Feudatarii erga Supremum Dominum, juxta animadverſa per *Afflict. in cap.1. Ex quib. Feud. amitt. n.286. verſ. Vel dictum. Card. de Luc. de Feud. diſc.11. n.19. verſ. Quarta, Maſtrill. deciſ.200. n.20., & 22., Rot. deciſ.2121. num.121. coram Coccin.*

7. Ad

7 Adſtipulatur præterea confeſſio Progenitorom Sereniſſimi Ducis Parmæ, nam dùm ii pro erectione Montium conſtitutorum ſuper reditibus Ducatus Caſtri, de quibus infrà habebitur ſermo, & pro imponenda ad hunc effectum hypotheca ſuper ſingulis Locis, & Terris Ducatum illum componentibus, abrogatis aliis hypothecis, & vinculis, peculiarem auctoritatem Sedis Apoſtolicæ impetrarunt, quid aliud hoc fuit, quàm fateri, quòd omnia illa Loca ſubjecta erant Supremo Dominio Sedis Apoſtolicæ,& idcircò ſine ejus auctoritate,& indulto nec hypothecari,nec pro Dote Montium erigendorum aſſignari, nec ab anterioribus hypothecis, & fideicommiſſis eximi poterant? Quin imò animadverſione dignum occurrit, quòd in Pontificiis Chirographis ea de re editis expreſſa habetur affirmatio de hujuſmodi ſubjectione,ut in primo Chirographo Clementis VIII., ibi = *Super annuis reditibus Status, & Ducatus Caſtri* NOSTRÆ ECCLESIASTICÆ DITIONI MEDIATE SUBJECTI = *Summar. Num.4.*. Et in altero ejuſdem Pontificis Chirographo, ibi = *Super annuis reditibus Status, & Ducatus Caſtri, & Roncilionis* NOSTRÆ ECCLESIASTICÆ DITIONI MEDIATE SUBJECTORUM, *& ſignanter ſuper annuis fructibus, reditibus, & proventibus Caſtrorum, & Terrarum infraſcriptarum, videlicet &c* = ubi ſingillatìm enumerantur Terræ conſtantes Ducatum Caſtri, ac peculiariter etiam illæ, quæ in Bulla Pauli III. ſuper erectione dicti Ducatus perperam ſupponuntur ſpectantes ad Familiam Farneſiam cum independentia à ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ, *Summar. Num.5.* Ut etiam èadem aſſeveratio Supremi Dominii Sedis Apoſtolicæ expoſita legitur in aliis Chirographis Urbani VIII. reſpicientibus aliorum Montium erectionem. Hæc

autem

Digitized by Google

autem Chirographa continentia eam, quam diximus expreſſionem, fuerunt expedita petentibus, curantibus,& adnitentibus Proavo,& Avo hodierni Sereniſſimi Ducis, qui etiam deindè iiſdem Chirographis uſi ſunt, ea ſcilicet inferendo Inſtrumentis confectis circa illorum Montium erectionem,& venditionem, affirmandoque ſe in eorum vim obligare Montiſtis redditus Ducatus Caſtri. Denique eadem confeſſio prodiit etiam à Patre memorati Sereniſſimi Ducis, qui in Inſtrumento venditionis Ducatus Caſtri approbavit narrativam ibidem contentam de prędictis Montibus erectis = *Super annuis redditibus Status, & Ducatum Caſtri* ECCLESIASTICÆ JURISDICTIONI MEDIATE' SUBIECTI = *Summ. Num. 6. litt. A.* ✝

8 Hæc deliberare placuit, non quia præſentis inſpectionis neceſſitas id poſtularet, ſed ne ex prætermiſſa confutatione argui aliquandò fortè poſſet quaſi tacitè conceſſam pro vera fuiſſe narrationem inſertam ſupplici libello SereniſſimiDucis de antiqua aliquorum Locorum exemptione,& independentia à ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ. Cęterum circumſtantia hæc nihil pertinet ad articulum, cujus tractatio nunc potiſſimùm eſt inſtituta, nam etiamſi per non veram hypotheſim fingeretur, quod certa Loca, vel Terræ illæ pleno Jure,& cum titulo liberi Allodii olim ſpectaſſent ad Familiam Farneſiam, non inde tamen ullum poſſet hauriri argumentum ad reddendam minùs legitimam earum Terrarum poſſeſſionem, in qua exiſtit Rev. Camera Apoſtolica, quippè quæ eas ab annis duobus, & ſeptuaginta haud quaquam poſſidet Jure feudalis devolutionis, nec ex titulo conſolidationis utilis Dominii cum directo, ſed poſſidet ex peculiari contractu Emptionis, & Venditionis inito cum Duce Raynutio II., adeòut, qualiſcumque demum eſſet qualitas bonotum, & ſive hæc eſſent feudalia, ſive potiùs allodia-

lodialia, ſemper tamen indubitatum foret ei legitimè poſſideri à Camera Apoſtolica, in quam virtute illius contractus translatum fuit quidquid Juris ſuper dictis Bonis ad Venditorem pertinebat.

9 Ut igitur propiùs ad ſtatum quæſtionis accedamus, juvat permittere facti ſeriem, quæ hunc in modum ſe habet. Dux Raynutius I., ut ære alieno, quod contraxerat, ſe liberaret, impetrauit anno 1600. à Clemente VIII. facultatem erigendi Montem in ſumma ſcutorum 200.mil., conſtituto fructu ſcutorum 5. pro centenis quibuſque, obligatiſque omnibus redditibus Status Caſtri, & potiſſimum Plani Abbatiæ in illo exiſtentis.

Refertur, & enucleatur venditio Ducatus Caſtri à Duce Raynutio II. facta anno 1649.

10 Subindè anno 1605., annuente eodem Clemente VIII., idem Dux Raynutius I. alterum inſtituit Montem in ſumma ſcutorum 715. mil. convento fructu ſcutorum quinque, & dimidii pro ſingulis centenis, cum obligatione fructuum, & proventuum Ducatus Caſtri, Locorumque ſub eo comprehenſorum.

11 Ex Indulto Urbani VIII. Dux Odoardus filius prædicti Ducis Raynutii I. anno 1632. auxit Montem illum in alia ſumma ſcutorum 60. mil., deindèque ſub annum 1634. facta extitit alia additio in ſumma ſcutorum 100.mil.

12 Deniquè anno 1640. ab eodem Pontifice Urbano VIII. permiſſa fuit memorato Duci Odoardo erectio alterius Montis in valore ſcutorum duodecies contentorum, & nonaginta unius millium, ac ſeptingentorum, ſive, ut vulgò dicitvr, *un milione, e dugento novantun mila, e ſettecento ſcudi*, cum annuo fructu ſcutorum quatuor, & dimidii pro ſingulis centenis, deſtinatis, obligatiſque pariter in hanc cauſam annuis redditibus Ducatus Caſtri, Terrarumque ad eum Ducàtum ſpectantium.

13 Sed

13 Sed cùm in erectionibus prædictorum Montium promitteretur illorum extinctio intra certum temporis ſpatium, neque huic promiſſioni quoad majorem partem ſatisfactum fuiſſet, urgere cœperunt Creditores Montiſtæ tam pro reſtitutione ſortis principalis, quàm pro ſolutione fructuum, obtentis etiam à competente Judice adversùs Ducem Raynutium II. præfati Ducis Odoardi filium mandatis executivis, quorum vigore procedi poterat ad ſubhaſtationem Ducatus Caſtri, Locorumque illum componentium. Itaquè dictus Dux Raynutius II. anno 1649. ſatius duxit ſupplicare Pontifici Innocentio X., ut Ducatum illum emere dignaretur, ſuſcepto onere ſolvendi quidquid tam pro ſorte, quàm pro fructibus Montiſtis Creditoribus debebatur. Parum pronas his precibus aures præbuit Pontifex, ſed tandem annuit, tum ut Duci Vaſſallo Sedis Apoſtolicæ rem gratam faceret, tum etiam ut indulgeret deprecationibus Regis Catholici, ac Magni Ducis Etruriæ, quibus apud Pontificem uſus fuerat idem Dux Raynutius, ut voti compos fieret. Prævio igitur mandato procurationis per publicum Inſtrumentum collato ab ipſo Duce Raynutio, peracta fuit die 19. Decembris anni 1649. venditio Ducatus Caſtri, & Roncilionis, aliorumque Locorum, ac Terrarum ſub eo comprehenſarum, commodo ipſius Pontificis, & Cam. Apoſtolicæ, pretio ſcutorum decies, & ſexies centenorum, ac viginti novem millium, & ſeptingentorum quinquaginta, hoc eſt, ut vernaculè dicitur, *un milione, e ſeicento ventinove mila ſettecento cinquanta ſcudi*, quam ſummam ſpopondit Camera Apoſtolica ſe ſoluturam Montiſtis Creditoribus Ducis tam pro ſorte principali, quàm pro fructibus Montium, adjecta etiam inter cæteras pactiones illa, ut Duci venditori liceret bona vendita infra octo annos redimere, reſtituta Cam. Apoſtolicæ

cæ

cæ per unicum ſolutionis actum tota ſumma ſcutorum decies, & ſexies centenorum, ac vigintinovem millium ſeptingentorum quinquaginta, ita tamen, ut redemptione intra præſtitutum tempus non peracta, venditio jam inde ab initio haberetur pro purè, liberè, & ſimplicitèr inita, quemadmodum de his omnibus fuſiùs liquet ex Inſtrumento relato in *Summario Num.6.*

14 Ab hoc itaque voluntario contractu promanat, quod Sereniſſima Domus Farneſia habere, & poſſidere deſierit Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis ſub eodem Ducatu comprehenſum, quodque eorum pleno, ac etiam utili dominio, & poſſeſſione frui cœperit Rev. Camera Apoſtolica. Nec ſanè opus eſt rationibus, aut argumentis, quibus demonſtretur validitas tituli, cui hujuſmodi poſſeſſio innixa ſit, cum neminem lateat contractum emptionis, & venditionis eſſe ex communi Gentium Jure apprimè idoneum transferendo rerum dominio tam inter Principes, quàm inter privatos. Cùm igitur Camera Apoſtolica pretium conventum re ipſa perſolverit Duci Raynutio Venditori, ſive (quod idem eſt) Montiſtis Creditoribus, quos ille ad ſolutionem pretii accipiendam delegaverat, cumque intra ſubſequentes octo annos, quorum terminus extitit dies 19. Decembris 1657., nec facta, nec ullatenus tentata fuerit à prædicto Duce redemptio, cujus faciendæ facultas fuerat reſervata, illicò expiravit iſtiuſmodi facultas, perinde quaſi numquam deducta in pactum fuiſſet, ad *Text. in leg. Sciendum 5. §. Illud, & l. Si creditor ff. de diſtract. pignor., Surd. conſil. 52. num. 23., & ſeqq., Carpzov. reſponſ. 28. num. 6., & ſeq. lib. 5., Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gloſs. 2. num. 51., Mantic. de tacit., & ambig. lib. 4. tit. 31. num. 34., & ſeqq., & tit 32. num. 3., Anſald. de Commerc., & Mercat. diſc. 57. num. 8.,*

B *Rot.*

Rot. deciſ.559. num.1., & ſeqq. coram Ludoviſ., & deciſ.455. num.22. coram Priol., & in Mantiſs. ad ornat. Card. de Luc. deciſ.4. num.2. lib.4. tom.1. Ac proindè luce ipſa clariùs eſt abdicatum virtute illius venditionis penitùs fuiſſe à Sereniſſima Familia Farneſia Dominium, & omne Jus, quod ſuper iis Bonis anteà illi competebat, in eodemque Dominio, & Jure ſubrogatam plenè fuiſſe eamdem Cameram Apoſtolicam, quæ per hunc modum, ultrà Dominium Supremum, quod ex perſona Principis jàm antè habebat, adepta fuit etiam Dominium illud inferioris ordinis, quod in figura quaſi privati Emptoris acquiſivit à Vaſſallo venditore.

Recenſentur circumſtantiæ, in quibus contractus Emptionis, & Venditionis initus fuit.

15 Ex his autem promptum quoque eſt intelligere, quàm immeritò obiici ſoleat Cameram Apoſtolicam apprehendiſſe Status Caſtri, & Roncilionis, adhibito prætextu, vel colore crediti Montiſtarum, quaſi eorum fucato nomine ad effectum illum uſa fuerit Camera Apoſtolica. Hanc quippè obiectionem fúnditùs convellunt certiſſimæ facti circumſtantiæ, quæ contractum illius venditionis vel præceſſerunt, vel comitatæ ſunt. Enim verò quòd Sereniſſima Domus Farneſia obnoxia reperiretur æri alieno contracto per erectionem Montium, quorum extinctio, ſive redemptio, licèt ex lege erectionis facienda, facta tamen haud quaquam fuerat, ſatis conſtat ex publicis Inſtrumentis, quæ dictorum Montium erectionem, pactaque illi inhærentia continent.

16 Secundò quòd pro ſorte, & fructibus ipſorum Montium, pactorumque implemento expreſsè, & nominatim obligata eſſent Bona Ducatus Caſtri, & Roncilionis, ſimiliter ex iiſdem Inſtrumentis apparet.

17 Tertiò quòd ſub ipſum tempus venditionis vigeret adhuc debitum Sereniſs. Domus Farneſiæ pro ſorte principali Montium nondùm extinctorum quoad Lo-

ca

ca 12797$\frac{1}{4}$ pandit narratio expoſita in Inſtrumento contractus his verbis = *Et cùm d. D. Dux Odoardus ex prædicto Monte Plani Abbatiæ nulla Loca extinxerit, ſicque Mons ipſe adhuc ſit, & remaneat pro integra ſumma Locorum 2000., in quibus, ut ſupra, fuit erectus, cum onere annui reditus dd. 10000. ſcutorum pro fructibus. Ex Monte autem Farneſio primæ Erectionis tantummodò extinxerit Loca 2750., & ſic remaneant Loca 6000. cum onere annui reditus pro fructibus ſcutorum 33. mil., & Mons Farneſius ſecundæ erectionis &c. redactus ſit ad Loca 4797$\frac{1}{4}$ ſub annuo fructu ſcutorum 20588.* = *Summario dicto Num. 6.* Quorum quidem Locorum adhuc tunc vigentium ſumma cùm conſtitueret numerum Locorum 12797$\frac{1}{4}$ facta computatione centenorum ſcutorum pro quolibet Loco, conflabat debitum ſortis principalis in ſcutis decies, & bis centenis, & ſeptuaginta novem millibus, & ſeptingentis, ac quinquaginta, ſive, ut vernaculo id explicemus ſermone = *un milione, e dugento ſettantanove mila, ſettecento cinquanta ſcudi.*

18 Quartò quòd, quando inita fuit venditio, Sereniſſima Domus Farneſia, ultrà memoratam ſortem, obſtringeretur etiam debito ex cauſa fructuum non ſolutorum Montiſtis in alia ſumma ſcutorum 360. mil., comprobatur ex eodem Inſtrumento §. *Hujuſmodi verò*, ibi = *Comprehenſis, & computatis in hujuſmodi ſumma ſcutis 360. mil., pro quibus ab ipſa Camera ad effectum ſolvendi fructus decurſos, & non ſolutos dictorum Montium, ut infra accollandos, fuit data Cedula in Inſtrumento deliberationis ſupradictæ Terræ Roncilionis, & aliorum &c.* = *Summario dicto Num. 6.*

19 Quintò quod Creditores Montiſtæ jam antea in Jus vocaſſent Ducem Raynutium Debitorem, & judicia-

liter actionem ſibi competentem exercere cœpiſſent, eamque etiam fuiſſent proſecuti uſque ad expeditionem Mandatorum executivorum, nedum apparet ex ipſis Actis Judiciariis, verùm etiam diſertiſſimè confirmatur ex verbis memorati Inſtrumenti in §. *Et cum dictus D. Dux Odoardus*, ibi = *Atque ipſe D. Dux in extinctione prædicta, in ſolutione fructuum ſpatio plurium annorum, in præſtatione idonei Fidejuſſoris, & in obſervatione, & adimplemento aliorum pactorum, conditionum, promiſſionum, & obligationum, ad quæ ipſe ex forma ſupradictorum Motuum propriorum, Chirographorum, & Inſtrumentorum tenebatur, defecerit, & propterea Collegia, & Montiſtæ ipſorum Montium aſſiduè, & enixè inſteterint, & inſtent, nedum ſibi ſolvi prædictos fructus, pro quibus nuper, & ſub die 7. menſis Octobris proximè præteriti per acta D. Bartholomæi Brunori fuerunt ſubhaſtata, & cum pacto redimendi ad Triennium in favorem prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ deliberata, ac vendita à Congregatione Montium Caſtra, & Loca Roncilionis, Vallerani, Canepinæ, & Viei cum Lacu, & Tenuta Caſemalæ, ſed etiam, ut rè ipſa præſtatur Depoſitarius idoneus, cæteraque omnia, & ſingula adimpleantur, quæ ex forma præfatorum Motuum propriorum, Chirographorum, & Inſtrumentorum adimplenda ſunt, ad quorum omnium, & ſingulorum obſervationem, & adimplementum, ac etiam ad extinctionem Montium, & reſtitutionem ſortis prætendant Sereniſſimum D. Raynutium Juniorem modernum Ducem, præfati Ducis Odoardi filium, & ſucceſſorem, ac aliàs omni alio meliori modo, & nomine &c. teneri; & cogi poſſe, tàm ex diſpoſitione Juris communis ob reſolutionem contractus ex defectu cauſæ finalis, & ex aliis capitibus, quàm etiam ex præſcripto Conſtitutionum à Summis Pontificibus editarum*

Digitized by Google

rum ſuper executione mandatorum contra Duces , & Barones Status Eccleſiaſtici , ac ſuper Montibus ob non adimplementum promiſſorum , & præmiſſorum omnium , & ſingulorum vigore , pro dicta etiam extinctione ſub die 17. Novembris proximè præteriti per eadem Acta ab ipſa Illuſtriſſima Congregatione ſuper Montibus contra ipſum Sereniſſimum D. Ducem Raynutium Juniorem MANDATUM EXECUTIVUM RELAXARI *obtinuerint &c. = Summario d.Num.6.*

20 Sextò quod venditio peracta fuerit , ut res grata , atque utilis Duci Venditori enixè optanti fieret , etiam cum incommodo Cameræ Apoſtolicæ , haud obſcurè colligitur ex verbis ſæpè citati Inſtrumenti in §. *Quapropter* , ibi = *Quapropter idem Sereniſſimus D. Dux Raynutius agnoſcens ſe alio modo , quam infradicendo non poſſe prædicta omnia , & ſingula adamuſſim implere , cupienſque ſe ab hujuſmodi obligationibus , ac tam gravi ære alieno eximere , ac liberare , etiam quoad ſortem ,* OBTULERIT *prælibato Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Papæ X. Opt. Max. cedere , & abdicare à ſe omnia , & ſingula Tenutas , Terras , Oppida , Caſtra , & Loca ſuperiùs expreſſa ,* TOTUMQUE, ET INTEGRUM DUCATUM CASTRI, ET STATUM RONCILIONIS , *comprehenſis etiam pro majori expreſſione Caſtro Inſulæ , & Caſalis Turris Vergatæ , necnon Caſtro , ſeù Terra Caprarolæ una cum Barco , & Caſtris Burghetti , Sancti Leonardi , cum Tenuta Tallarenſi , necnon Sancti Eliæ , & Caſtilionis , Tybennæ , cum eorum Territoriis , ac Diſtrictibus , aliiſque quibuſcumque bonis ſubjectis prædictis erectionibus Montium , eorumque Juribus univerſis , omneque , & totum id tam Juriſdictionale , quam non Juriſdictionale quovis Jure , quod ibi habet , & tenet , ac etiam titulo venditionis ea omnia alienare modis , & for-*

Digitized by Google

& formis, ac cum reſervatione Juris redimendi inferius dicendi, & poſt plures, ac varios Tractatus, URGENTIBUS QUOQUE EFFICACISSIMIS INTERCESSIONIBUS, ET OFFICIIS POTENTISSIMI HISPANIARUM REGIS CATHOLICI CUM SANCTITATE SUA, mediante perſona Excellentiſſimi D. Ducis dell' Infantado ejuſdem Regis apud Sanctitatem Suam Oratoris extraordinarii, nec non SUPPLICATIONIBUS SERENISSIMI DOMINI MAGMI DUCIS FLORENTIÆ, tandem fuerit concluſum, quod Sereniſſimus Dominus Dux vendat, & cedat totum, & integrum d. Ducatum Caſtri, ac Statum Roncilionis, omniaque, & ſingula alia Bona, Loca, ac Jura prædicta Sanctitati Suæ, ejuſque Rev. Cameræ Apoſtolicæ, & Sanctitas Sua in cauſam pretii dignetur ſuſcipere in ſe, & Cameram prædictam Debitum, quod Sereniſſimus Dominus Dux habet cum Montiſtis tam ratione fructuum, quàm ſortis, ac remiſſiones, & imputationes facere, ut infrà; ipſeque Sanctiſſimus, LICET SENTIAT REM FORE SIBI, ET CAMERÆ SUÆ VALDE INCOMMODAM, ET DISPENDIOSAM, ob maximam Debiti ſummam; ac redituum prædictorum Ducatus, & Status quantitatem, & qualitatem; attamen pro ſua paterna, & paſtorali clementia, & affectu erga dictum Sereniſſimum Dominum Ducem, commiſerando etiam gravi damno, et intereſſe tot Eccleſiarum, & Monaſteriorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, aliorumque Locorum, & Operum Piorum, ac miſerebilium Perſonarum, quæ ſubſtantias ſuas in dictis Montibus collocarunt, quorum conqueſtiones, clamores, et preces uſque ab initio ſuæ aſumptionis ad Pontificatum aſſiduè aures, et mentem Suæ Sanctitatis excitarunt, ANNUERIT = Summario dicto Num. 6.

21 Si

21 Si ergò vera, & re ipſa conſtans erat cauſa æris alieni, quæ Ducem Raynutium permovit ad venditionem procurandam: Si veriſſimum erat urgeri Ducem à Creditoribus Montiſtis, qui jam Judicis auctoritate interpoſita ſubhaſtationem Status Roncilionis obtinuerant, & quibus inſtantibus pro ſorte, & fructibus, imminebat etiam ſubhaſtatio Ducatus Caſtri, aliorumque bonorum in Montium erectione obligatorum: Si denique Dux Raynutius non à Pontifice ſtimulatus, ſed Pontificem rogans, atque obſecrans quaſi pro Gratia inſignem ſibi utilitatem allatura, obtulit illi venditionem dictorum bonorum, eumdemque Pontificem id averſantem, & refugientem incitari oportuit enixis precibus Regis Catholici, & Magni Ducis Etruriæ, quos ipſe Dux Raynutius pro ſe deprecatores adhibuit ad impetrandam contractus illius confectionem, jam nullus profectò erit æquus rerum æſtimator, cujus animum ſubire poſſit cogitatio, quod Camera Apoſtolica apprehendere ſtuduerit Ducatum Caſtri, & Roncilionis obducto fuco, prætextu, & colore æris alieni, cui eſſet obnoxius Dux Raynutius.

22 Id tamen, quod ſingularem meretur animadverſionem, eſt, quod ea, quæ in prædicto Inſtrumento exponuntur, & pro veris aſſeverantur, non recognoſcunt in Auctores dumtaxat Miniſtros, & Officiales Cameræ Apoſtolicæ, ſed innituntur etiam affirmationi, & narrationi editæ nomine Ducis Raynutii venditoris ab eo, qui per ſpeciale mandatum fuerat huic negotio gerendo præpoſitus. Quin etiam fulciuntur immediata confeſſione ipſius met Ducis, is enim die 10. Januarii 1650. (ſcilicet nondum tranſacto menſe poſt confectum illud venditionis Inſtrumentum,) adſcitis in Teſtes Marchione Scotto ſuo Præfecto majori, & Petro Georgio Lampagnano primo Secretario Status,

item-

itemque adhibitâ præſentiâ, & aſſiſtentiâ omnium ſuorum Conſiliariorum, per alterum publicum Inſtrumentum ſolemnitèr approbavit, ratumque habuit contractum, totumque tenorem Inſtrumenti, quod Romæ exaratum ſuo nomine fuerat. Verba autem ratificationis, utpotè maximi ponderis, exſcribenda videntur, & hæc ſunt: *Sereniſſimus Dux Raynutius &c. pleniſſimè, ut Celſitudo Sua aſſeruit, informatus de venditione ejus procuratorio nomine, & de ipſius, ut dixit, voluntate, ordine, & mandato facta &c., & de* OMNIBUS, ET SINGULIS CONTENTIS, EXPRESSIS, ET APPOSITIS IN INSTRUMENTO DICTÆ VENDITIONIS &c., CUJUS INSTRUMENTI COPIAM SUIS PRÆ MANIBUS HABENS, ET ANTE PRÆSENTIS INSTRUMENTI CELEBRATIONEM A CELSITUDINE SUA, UT ASSERUIT, VISAM, LECTAM, ET BENE' CONSIDERATAM MIHI NOTARIO TRADIDIT TENORIS &c. (facta ſcilicet inſertione totius tenoris.) *Volens dictum Inſtrumentum, tamquam de ejus ordine, & voluntate, ut ſupra, factum &c. ratificare*, ET IN OMNIBUS, ET PER OMNIA *confirmare, & approbare. Ideò* SPONTE' &c. *volens etiam uti quacumque facultate, quæ ſibi quomodolibet competit*, ET CUM PRÆSENTIA, ET ASSISTENTIA DD. CONSILIARIORUM SUORUM, *nempè &c.* AD HUNC EFFECTUM VOCATORUM, ET TOTUM EJUS DUCATUS CONSILIUM JUSTITIÆ, ET GRATIÆ REPRÆSENTANTIUM &c. IPSUM INSTRUMENTUM, OMNIAQUE, ET SINGULA IN EO CONTENTA, *ſingula ſingulis congruè referendo, de quo* INSTRUMENTO LICET CELSITUDO SUA

ASSE-

Digitized by Google

ASSERUIT *ante præſentis Inſtrumenti ſtipulationem* FUISSE PLENISSIME' INFORMATAM, ET EA LEGISSE, ET CONSIDERASSE, ATTAMEN IPSUM INSTRUMENTUM FUIT EIDEM PER ME NOTARIUM DE VERBO AD VERBUM PERLECTUM, ET PER CELSITUDINEM SUAM, UT DIXIT, BENE' AUDITUM, RATIFICAVIT, ACCEPTAVIT, APPROBAVIT, LAUDAVIT, EMOLOGAVIT, AC PLENISSIME' IN OMNIBUS, ET PER OMNIA, PROUT JACET, ET CONTINETUR, NIL ADDITO, VEL DIMINUTO, CONFIRMAVIT, AC RATIFICAT, ET ACCEPTAT *&c.* = *Sum. Num. 7.*

23 Non eſt itaque, cur in dubium revocari poſſit veritas illarum circumſtantiarum, in quibus contractus emptionis, & venditionis Ducatus Caſtri, aliorumque bonorum initus fuit, quaſque nos ſuperiore loco recenſuimus depromptas ex ipſo tenore Inſtrumenti, dum ipſemet Dux Raynutius Pater hodierni Sereniſſimi Ducis, (præmiſſa adeò matura deliberatione, accurataque recognitione omnium, & ſingulorum expoſitorum in Inſtrumento per ejus Procuratorem confecto Romæ, ac inſuper adhibita aſſiſtentia, & approbatione ſpectabiliorum Miniſtrorum, omniumque Conſiliariorum, quos pari eſt credere de rebus geſtis, & in eo Inſtrumento relatis etiam antea conſcios,) aſſeveravit, & interpoſita Jurisiurandi religione affirmavit veriſſima eſſe, & tamquam talia, rata habuit, ſemperque rata ſe habiturum ſpopondit quæcumque eodem Inſtrumento continebantur.

24 Progredi nunc lubet ad examen alterius objectionis, quæ adverſus validitatem contractus afferri ſolet, quæque elicitur ex quo Dux Raynutius tempore, quo venditio peracta fuit, minor æta-

Validitas contractus vindicatur ab objecto elicito ex minori ætate Ducis Raynutii venditoris.

te eſſet, nec ſine certis ſolemnitatibus contrahere poſſet. Sed hęc exceptio ſi ad Juris normam perpendatur, facili negotio diluitur; Quippe Dux Raynutius ea tunc erat ætate, ut ſui, ſuique arbitrii compos omninò eſſet, & quæ agenda eſſent, cognoſcere firmo valeret judicio, jam enim octavum ſupra decimum agebat annum, (quę ſanè ætas ex legibus municipalibus, quæ multis in locis Italiæ vigent, habetur pro majori,) adeoque Jure naturæ, ac Jure Gentium inſpecto, nihil defuit, quod ad intrinſecam contractus validitatem, ac perfectionem pertineret, ut notat *Hug.Grot. de Jure Belli, & Pac. lib.2.cap.11. §.5., & lib.3. cap.* 23. §.3. Potiſſimum quia idem Dux Raynutius fuerat ex Teſtamento Patris effectus habilis ad rerum omnium adminiſtrationem in ea ætate duodeviginti annorum liberè gerendam.

25 Extrinſecus autem defectus ſolemnitatum, quas in contractibus minorum annis 25. adhiberi jus civile jubet, irritum reddere contractum iſtum non poterat, quia juramentum, quo Dux Raynutius Chriſtiano ritu, tactis nempè ſcripturis, eum omninò ſervaturum ſe promiſit, immunem à nullitate efficit contractum à Minore geſtum, licèt ſolemnitatibus deſtitutum; undè Imp. Alexander minori petenti reſtitutionem in integrum adversùs venditionem ſuo firmatam juramento, negavit ſe poſſe eam concedere, ne perjurii auctor fieret, ut in *leg.*1.*Cod. ſi adverſ. vend.*, ibi = *Si Minor annis* 25. *Emptori Prædii cavisti nullam de cætero te eſſe controverſiam facturum, idque etiam Jurejurando corporalitèr præſtito ſervare confirmaſti, neque perfidiæ, neque perjurii me auctorem tibi futurum ſperare debuiſti* =, cui Reſcripto conſonat *Auth. Sacramenta Puberum, Cod. eod. tit.* in hæc verba = *Sacramenta Puberum ſpontè facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inviolabiliter*

ter cuſtodiantur = ; & tradunt. *Surd. conſ.* 114. *nu.* 14., *Rocc. Epiſcop. Iſclan: diſput. Jur. cap.* 10. *num.* 48., *Gratian. diſcept. forenſ.* 233. *num.* 28., *& ſeqq.*, *Cyriac. controv.* 182. *num.* 28., *& ſeq.*, *Andreol. olim Ducalis Conſilii Parmæ, & Placentiæ Præſes controverſ.* 339. *num.* 18., *& controv.* 364. *num.* 5., *Rot. deciſ.* 27. *num.* 1. *coram Buratt.*, *& deciſ.* 58. *num.* 4., *& ſeq. coram Zarat.*, *& in Veneta, ſeù Neapolitana Pecuniaria* 17. *Junii* 1709. *§. Abſque eo coram bon: mem: Caffarello*. Quibus etiam addi poteſt *Hug. Grot. de Jure Belli, & Pacis lib.* 2. *cap.* 13. *§.* 10. *num.* 4., ibi = *Poteſt, & Lex humana impedimentum, quod certi generis actibus poſuerat, tollere, ſi Juramentum, aut qualecumque, aut certa forma acceſſerit; quod Romanæ leges fecerunt in iis impedimentis, quæ non directè publicam, ſed privatam Jurantis utilitatem ſpectant. Quod ſi fiat, valebit actus juratus eo modo, quo naturalitèr citra legem humanam fuerat valiturus* =.

26 Accedit, quod venditio Ducatus Caſtri, aliorumque bonorum peracta fuit ex cauſa potiùs neceſſaria, quam voluntaria; urgebat enim ingens vis æris alieni ab Avo, & Patre Ducis Raynutii venditoris contracti, cui omnia eadem bona erant obligata, & cujus causâ creditoribus fas erat ad judicialem eorum ſubhaſtationem procedere; proindeque rectè potuit præveniri hæc ſubhaſtatio ope venditionis verſo toto pretio ad extinctionem ejuſdem æris alieni, nullis etiam adhibitis ſolemnitatibus. *Surd. conſ.* 30. *per tot.*, *Faber in Cod. lib.* 2. *tit.* 18. *definit.* 4. *num.* 14., *Merlin. Pignattell. controv. centur.* 2. *cap.* 74. *num.* 38., *Jov de ſolemnit. in contract. Minor. Gloſ.* 16. *§.* 7. *num.* 168., *Actolin. reſolut.* 38. *num.* 1., *Gratian. diſceptat. forenſ.* 27. *num.* 47., *Cyriac. controv.* 308. *num.* 54., *Torr. olim Præſes Ducalis Conſilii Parmæ*,

& Placentiæ in Tract. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 25. num. 10., & ſeq., Magon. deciſ. Florent. 22. num. 7.. Cùm etiam liceat Minori ſine Decreto Judicis alienationem facere, ubi id fiat ex voluntate Patris, vel Teſtatoris, juxta *Text. in leg. 3. Cod. Quando Decr. opus non eſt*.

27 Quod ſi hæc ſatis eſſent ad demonſtrandam firmitatem venditionis, etiamſi ageretur de contractu inter quoſlibet Privatos inito, quantò minus dubitationis ſupereſſe poterit conſiderata peculiari qualitate Perſonarum, inter quas res acta eſt? Enim verò Princeps, licèt ætate minor, nullis indiget ſolemnitatibus, ut validè contrahat, vel quia legibus non ſubjacet, vel quia ſi poteſt legibus, & ſtatutis derogare, ut alios minores ad contrahendum ſine ſolemnitatibus idoneos reddat, multo magis diſpenſandi poteſtatem habet cum ſeipſo, & in contractibus per ſemetipſum geſtis, qui vim legis induere dicuntur, nec idcirco extrinſeci muniminis indigent, ut reſcripſit *Imp. Juſtinianus in leg. Donationes 26. Cod. de Donat. int. Vir., & Uxor.*, ibi = *Utpote Imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus, minimeque opitulatione quadam extrinſecùs egentibus* : = Et de quocunque Principe ajunt *Bald. in leg. Ea lege. Cod. de condict. ob cauſ.*, *Cephal. conſil. 579. num. 9.*, ibi = *Cùm iſta Comitiſſa non haberet Superiorem in ſuo Comitatu, potuit contrahere, & dicta Bona obligare abſque Decreto, à iiſque Juris Civilis ſolemnitatibus* = : *& num. 13.*, ibi = *Cùm contractus à Domina, & Principe Loci fuerit celebratus, & talis Perſona non ſit ſub lege, ſed ipſa ſibi fuerit lex* = . *Bero conſil. 61. num. 34. lib. 1.*, *Narbon. de ætat. ann. 25. quæſt. 5. num. 16.*, ibi = *Similitèr coercetur in Principe minore, qui abſque omni ſolemnitate res ſuas alienare poteſt* =, *Cardin. de Luc. in conflict. legal. obſervat. 4.*,

Galeſ.

*Galeſ. de reſtitut. part.*1. *cap.*2. *num.*130. , *Mantic. de tacit. lib.*4. *tit.*6. *num.* 48. ibi = *Secundò debet reſtringi , ut venditio rei Minoris ſine Decreto non valeat , niſi ipſe Minor ſit Princeps , vel in ſuo Territorio habeat merum , & mixtum Imperium ; nam ſatis intelligitur Decretum interveniſſe , ſi contractus fuit à Domino , vel Principe celebratus* = , *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 278. *num.*41. ibi = *Quartò , & ultimò limita , quando eſſemus in Principe , qui etiamſi eſſet Minor , vel Pupillus , poſſet contrahere , & Bona ſua obligare ſine Decreto , & Juris ſolemnitatibus* = *Altimar. de nullit. contract. rubr.*1. *part.*4. *quæſt.*38. *num.* 273. , & *num.*374. *verſ. Pupillus Princeps , Manent. deciſ.* 65. *num.*23. , & *ſeqq.* . Ac idcircò rectè Dux Raynutius declaravit ſe in Venditione facienda eo animo eſſe , ut omni qua poſſet , facultate uteretur . *Summar. Num.*7. ibi = *Volens etiam uti quacumque facultate , quæ ſibi quomodolibet competit* .

28 Quatenus verò Dux Raynutius contractum illum geſſit , non cum quavis indifferenti Perſona , ſed cum Summo Pontifice , cujus Vaſſallus erat , & in cujus Ditione ſita erant Bona , quæ vendebantur, id etiam efficit , ut ſolemnitatum defectus nequeat lædere validitatem contractus ; nam Supremus Princeps , ut ſuſtineatur actus , quem gerit, intelligitur uſus omni Jure , & poteſtate , qua pollet, ideoque dum contrahit cum Minore , videtur hoc ipſo tacitè diſpenſare ſuper ætate , eumque habilem reddere ad contrahendum , nec opus eſt aut Decreto Judicis, aut alia ſolemnitate , cum omnia abundè ſuppleat auctoritas ſuprema Principis, cum quo contrahitur, ut egregiè explicant *Lambertengh. de contr. cor. ad fin. num.*94. , & *ſeqq.* , *Vaſq. contrmicov. illuſtr. lib.*1. *cap.*3. *num.*7. , *Urceol. de tranſact. quæſt.*53. *num.*24. , *Rot. deciſ.* 1027. *num.*1. ,

*num.*1. ; & 2. *coram Seraph.* . Imò quod ſola Principis licentia ſufficiat, etiamſi Minor contrahat cum alia diverſa Perſona, deducitur ex *leg.*2. *Cod. Quando Decr. opus non eſt*, cujus verba hæc ſunt = *Illud requirendum eſt , an adito Principe Saturninus Vir clariſſimus ſpecialitèr Jus venditionis acceperit , ad inſtàr enìm Præſidalis Decreti conceſſio Principalis accedit* = ubi *Gloſſ. in verb. Vir clariſſimus*, exponit de minori 25. annorum, & ſubdit reſtitutionem in integrum hoc caſu ei non competere. Quare notat etiam *Bart. ad eamdem leg.*2. quod ſi venditio fiat ex licentia Principis, non requiritur Decretum Judicis. *Et Bald. ſub num.*2. inquit idem operari reſcriptum Principis, quod Decretum Inferioris ſolemniter examinatum. *Azor. in Summ. ſuper eodem tit. Nicol. Ughell. ff. lib.*18. *part.*2. *cap.*6. *reg.*1. *excep.*4., *Reſtaur. Caſtald. de Imperat. quæſt.*110. *verſic.*2. *inter Tract. Magn. tom.*16. *fol.*78. *à terg.*, *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib.*1. *§.*10. *num.*78. *verſ. decimo ſexto. Roland. conſ.* 54. *num.* 12. *lib.*2., *Emilianæ conſ.* 43. *num.*3., *Simoncell. de Decret. lib.*1. *tit.* 1. *inſpect.* 3. *num.*88. *verſ. nec mirum*.

29 Submovet inſuper quamcumque difficultatem, ſi opus eſſet, expreſſa ſuppletio, & ſanatio quorumcunque defectuum facta à Summo Pontifice Innocentio X., id etiam volente, & poſtulante ipſo Duce Raynutio, ut videre eſt in Inſtrumento Ratifiationis, ibi = *Ipſe quoque Sereniſſimus Dux prædictæ Confirmationi Apoſtolicæ, ut ſupra facien.*, *& ex nunc conſenſit, & ad eam quoque petendum, impetrandum, & obtinendum etiam cum ſuppletione, & ſanatione omnium, & ſingulorum, ac quorumcumque defectuum, tàm formalium, quàm ſubſtantialium, & etiam hìc non expreſſorum, ſi qui ſunt; cum clauſulis, derogationibus, & decretis neceſſariis, & opportunis pro*

San-

Sanctitatis Suæ, *& Rev. Cameræ*, *& ipſius Sereniſſimi Domini Ducis majori cautela*, *& ſecuritate latiſſimè*; *& ampliſſimè apponen.*, *& extenden.*, *fecit*, *conſtituit ſuum Procuratorem irrevocabilem &c.* = *Summ. dicto Num.* 7. Et in ſupplici libello oblato ad hunc effectum Pontifici nomine ejuſdem Ducis Raynutii *Summ. Num.* 8. Quapropter Pontifex iis precibus annuens, Apoſtolicis litteris, ut ajunt, in forma Brevis, non ſolùm præcedentem contractum confirmavit, ſed etiam ex uſu ampliſſimæ, qua pollebat, poteſtatis, nullitates omnes, & quæcumque vitia, quibus ille obnoxius eſſe potuiſſet, ſanavit, & quæ defeciſſent, ſupplevit, adjecta inſuper peculiari mentione minoris ætatis Ducis Raynutii Venditoris, ibi = *Etiamſi nulla*, *& invalida*, *ſeù minùs valida etiam ab ipſo initio ex quovis capite*, *jure cauſa*, *vel defectu &c. etiam* RATIONE MINORIS ÆTATIS DICTI RAYNUTII DUCIS, *& aliàs quomodolibet fuerint*, *& ſint &c. tenore præſentium perpetuò corroboramus*, *approbamus*, *confirmamus*, *convalidamus*, *&* *ſanamus &c.* =, & inferiùs ibi = *Omneſque*, *& ſingulos tàm Juris*, *quàm facti*, ÆTATISQUE LEGITIMÆ DICTI RAYNVTII DVCIS, AC SOLEMNITATVM QVANTVMVIS FORMALIVM, ET SVBSTANTIALIVM, *etiam juxta ſtylum Romanæ Curiæ*, *& ſecundum formam Statutorum*, *& Reformationum Urbis*, *vel de Jure communi &c. requiſitarum*, *& quoſcumque alios cogitatos*, *vel incogitatos defectus &c. pleniſſimè ſupplemus* =, & rursùs ibi = *Sed illa omnia*, PERINDE AC SI DICTVS RANVTIVS DVX ÆTATE MAJOR ESSET, *formaque*, *ac ſolemnitates prædictæ obſervatæ fuiſſent &c. valere decernimus* =, & denique ibi = *Nec non venditionem*, *& ratificationem prædictas*, *ac præ-*

in-

inſerta Inſtrumenta cum omnibus contentis in illis; ac indè ſecuta quæcumque, ipſaſque præſentes nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, & invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quovis alio, quantumvis magno, & maximo ſubſtantiali defectu ETIAM RATIONE MINORIS *ÆTATIS DICTI RAYNUTII DUCIS &c. notari poſſe &c. NON OBSTANTE ÆTATE DICTI RAYNUTII DUCIS, & aliis, ſi quiſſint defectibus* . Quamobrem nullus dubitandi locus relinquitur, quin fuerit cum poteſtate etiam conjuncta voluntas, ut venditio ſuſtineretur; non obſtante minori ætate Ducis, utque derogatum eſſet Legibus, & Statutis præſcribentibus certas ſolemnitates in contractibus Minorum, ad tradita per *Cyriac. controverſ. 182. num. 19., & ſeqq., & controverſ. 200. num. 26., Menoch. conſil. 818. num. 85., Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 38., & ſequen., Gob. conſult. 93. num. 1., & ſeqq., Jov. de ſolemnit. in contract. minor., Gloſ. 22. §. 19. num. 9., & & ſeqq.*

30 Cęterum, ſepoſitis etiam iis omnibus, quę hactenus in medium protulimus, quidnam aliud deſiderari ad ſummum poſſet pro validitate contractûs a minore ineundi, quam ut Curatoris, ſive alterius in ejus locum ſubrogandi aſſiſtentia adhiberetur, utque contractus Decreto alicujus Judicis approbaretur? ſcilicet ne fortè alioquin Minor haud ſatis firmo pollens ingenio decipi, damnumq; ſubire incautè poſſet. At verò in noſtra hypothee Curatoris pręſentia adhiberi non poterat, quia Dux Raynutius eo tempore dominatum ſine ullo Curatore exercebat, & in publicę rei adminiſtratione libero utebatur arbitrio: Vice autem unius Curatoris, quot, & quam inſignes, & ordinario quopiam Curatore præſtantiores Viri aſſiſtentiam, &

con-

conſilium Duci venditori præbuerint, ſatis patet ex iis,quæ alibi memoravimus; Rex enim Hiſpaniæ,& Magnus Dux Etruriæ rogati ab eodem Duce Raynutio ſeſe huic negotio interpoſuere, illudque ſtudioſè curandum ſumpſerunt. Præterea iſte non clam, aut oſcitanter, vel ſuo tantùm fretus judicio venditionem illam fecit, ſed propalàm, præmiſſaque diuturna tractatione, deindeque in Teſtes adſcitis ſuo Præfecto majori, ſuoque primo Secretario Status, necnon adhibita nominatim ad eum actum conſultatione, præſentia, & aſsiſtentia totius ſui Ducalis Conſilii Gratiæ, & Juſtitiæ; omniumque Virorum Juris peritiſsimorum, ex quibus illud conſtabat, & penes quos Juris dicundi, curatores Minorum eligendi, eorumque contractus approbandi poteſtas erat, ut circumſtantiam iſtam perpendit *Iſern. in cap.1. Qui ſucceſs. tenèant., Decian. reſp.25. num.17. cum duobus ſeqq. lib. primo, Morot. conſil.15.num.8., & ſeqq., Mar. Auguſtin. conſ.242. num.2., Cyriaci contro-verſ.182. num.17.*, ibi = *Maximè ubi Princeps participavit, & reſolvit cum voto ſuorum Senatorum, & Conſiliariorum, ut fecit in caſu iſto, quia tunc tale factum præſumitur juſtum, & caret omni ſuſcipione* =. *Jov. de ſolemnit. in contract. Minor. Gloſſ.* 24. *§.* 10. *num.* 18. *tom.* 2.; Itaque ex veriori ſententia affirmant etiam Doctores, quòd Principi poſt puberem ætatem non eſt dandus Curator, ſed ſi minor ætate ſit, poteſt tàm ea, quæ ad Juriſdictionem, quàm alia omnia, quæ ad rerum ſuarum, vel Principatus adminiſtrationem pertinent, conficere cum conſilio prudentum, & fidelium Virorum. *Guttier. de Tutel. part.1. cap.18. num.7., & 13., Balduin. in princ. inſtit. quib. mod. tut. finiat. num.9., & ſequent., Perez de Lara Compend. Vitæ Hom. cap. 16. num. 9., Narbon. de ætat. ad annum 14. quæſt. 34. nu-*

mer. 5. & 6., Baez de Decim. Tut. præſt. cap. 19. num. 3.

Expenditur ratificatio contractus à Duce Raynutio facta in ætate majori.

31 Quid plura? Idem Dux Raynutius major factus contractum à ſe anteà initum multifariam approbavit, ratumque habuit. Ac primùm, quia tametſi ſciret competere ſibi intra octo annos facultatem redimendi bona vendita, itemque licèt facultas hæc pro majori temporis parte exerceri potuerit poſt egreſſum Ducis ex minori ætate, nihilominus ea uſus non fuit, pactumque redimendi expirare, dum ætate major eſſet, permiſit. Quid autem aliud hoc eſt, quàm factis, quibus vis gravior ineſt, quàm verbis, apertè ſignificare, quod venditio in ætate minori geſta, ſibi ipſi etiam ætate grandiori placebat, ſuiſque rationibus conducere videbatur, nam alioquin ſi contractus ei diſplicuiſſet, ſique putaſſet minorem ætatem impedimento ſibi fuiſſe, quominus in ea venditione ineunda bonum conſilium capeſſeret, paratum, expeditumque ipſi jam ætate majori ſuffragabatur remedium, redimendo nimirùm bona vendita, cujus redemptionis ope rem in eum ſtatum reponere pro ſuo arbitrio poterat, in quo erat ante contractum, perinde quaſi, dum Minor eſſet, nihil actum extitiſſet, argumento *Text. in leg. 3. §. Si quis cum minore ff. de minor.* ibi = *Si quis cum Minore contraxerit, & contractus inciderit in id tempus, quo Major efficitur, utrum initium ſpectemus, an finem? Et placet, ut eſt conſtitutum, ſi quis Major factus comprobaverit, quòd Minor geſſerat, reſtitutionem ceſſare* =, & conferunt etiam adducta à *Cyriac. controverſ. 257. num. 3., Merend. controv. Jur. lib. 10. cap. 19. num. 1., & ſeqq.*

32 Sed & aliam edidit contractus approbationem longè poſtquam fines minoris ætatis fuerat prætergreſſus, quando ſcilicet tam valido niſu, atque conatu ſategit,

ut

ut Pontifex Alexander VII. anno 1664. facultatem redimendi in venditionis Inſtrumento conventam, & ſex ante annis expiratam redintegraret ad alios octo annos, quemadmodum fuſiùs infrà narrabitur. Enim verò cum poteſtas redimendi per modum neceſſarii antecedentis ſupponat Venditionem validè anteà peractam, & ritè conſiſtentem, ut egregiè obſervat *Ant. Faber de Error. Pragmat. Decad.* 22. *error.* 1. *ſub num.* 3. Cumque prorogatio illius facultatis ad alios octo annos quaſi ad vitam revocet Jus illud redimendi, quod priùs competebat ex contractu præcedentis venditionis, non ſecus, ac ſi ſpatium temporis initiò præſtituti non fuiſſet elapſum. *Decian. conſil.* 11. *num.* 29. *lib.* 1., *Larrea allegat.* 50. *num.* 108. *in fin.*, *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 68., *Card. de Luc. de Feud. diſcurſ.* 4. *num.* 24., *ibique in annot. num.* 4., *Rot. deciſ.* 357. *num.* 11, *& ſeqq. part.* 12. *Recent.*, & in ſpecie pacti redimendi *Altograd. conſ.* 68. *num.* 29. *tom.* 2.. Hinc manifeſtum eſt, quod poſtulata facultas utendi pactione inſerta priori venditioni ſejungi nequit ab approbatione ejuſdem contractus, quam ſemper includit, ſecumque fert perceptio cujuſvis emolumenti à tali contractu manantis, ſive uſus pacti, vel Juris ab eo trahentis originem. *Leg. Liberis* §. 1. *ff. de liber. cauſ.*, *Spad. conſ.* 242. *num.* 8. *lib.* 2., *Surd. conſil.* 576. *num.* 24., *& ſeqq.*, *Bonden. collect. legal.* 29. *num.* 30., *& ſeqq. tom.* 1., *Cirocch. diſcept.* 80. *num.* 8., *Cyriac. controv.* 661. *num.* 7., *Boſcol. olìm Conſiliarius, & Secretarius Status Ducis Parmæ in Tract. de ſucceſſ. in Feud. reſponſ.* 2. *num.* 397., *& num.* 400., *impreſſ. poſt Torr. de Majorat. Ital. part.* 2., *Andreol. controv.* 339. *num.* 19., *& ſeqq.*, *& controv.* 364. *num.* 22., *&* 23., *Merend. controv. Jur. lib.* 10. *cap.* 19. *num.* 4., *&* 5.

D 2 33. Si

33 Si ergo contractus à Minore geſtus, intelligitur ab eo ratificatus per hoc etiam ſolum, quod Major factus per quinquennium ſiluerit, & non reclamaverit, juxta *Text. in leg. final. Cod. Si major fact.*, *Gabriel. conſ.* 13. *à num.* 13. *Cancer, var. reſol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 34., *& ſeqq.* *Cyriac. controv.* 181. *num.* 72., *Spad. conſ.* 302. *num.* 9., *& conſ.* 303. *num.* 8. *lib.* 2., *Antunez de Donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 42. Quomodo erit ambigendum de ratificatione venditionis emiſſa à Duce Raynutio, qui non ſolùm per plures, quàm quinque annos, poſtquam ad majorem ætatem pervenerat, ſilens, & tacens firmam manere venditionem illam paſſus fuit, ſed etiam actibus minimè dubiis eumdem contractum comprobavit, & virtute hujuſmodi approbationis quaſi iterum de integro venditionem fecit, dum Major eſſet, ad *Text. in leg. Si in rem. Cod. ſi res alien. pign.*, *leg.* 1., *&* 2. *Cod. ſi major factus rat. hab.*, *Molfeſ. conſ.* 4. *num.* 19., *Merlin. controv. for. cap.* 39. *num.* 42. *lib.* 1., *Montan. controv.* 28. *per tot.*, *Spad. conſ.* 392. *num.* 9. *lib.* 2., *Manſ. conſult.* 184. *num.* 56., *& ſeq.*, *Boſcol. in Tract. de ſucceſſ. in Feud. reſponſ.* 2. *num.* 410. *cum ſeqq. impreſſ. poſt Torr. de Majoras. Ital. part.* 2., *Merend. controv. Jur. lib.* 10. *cap.* 19. *num.* 2., ibi = *Qui enim comprobat actum, videtur eo tempore facere, quo eum comprobavit, & proindè ſi quis major factus probaverit actum in minori ætate factum, videtur illum actum tunc facere; omnem ergo ſibi adimit illius oppugnandi facultatem* =, & in eadem verba *Andreol. controv.* 339. *num.* 20.

Demonſtratur juſtitia contractus, tum inſpecta quantitate pretii, tum aliis conditionibus perpenſis.

34 Expediti à confutatione objectionum, quæ contra validitatem contractus afferri ſolent, refellendam quoque duximus alteram, quæ inſignis læſionis obtentu impingitur juſtitiæ ejuſdem contractus. Porrò Venditoris læſio nec documento ullo probata, unquam

quam fuit, nec verè probari poteſt; ſed potius ea tum argumentis haud ambiguis, tum etiam luculentiſſimis demonſtrationibus excluditur. Expedit autem primo loco ad memoriam revocare ea, quæ ſuperiùs diximus, nam ſi Dux Raynutius tantum operæ, curæ, ac ſolicitudinis impendit, ut Summi Pontificis animum ceteroquin ab eo negotio alienum flecteret, & ad emptionem ei oblatam admittendam induceret, nemo certè arbitrabitur eumdem Ducem ſibimet damni, & læſionis auctorem eſſe voluiſſe. Addito hoc ampliùs, quod cum ille non fuerit uſus facultate redimendi ſibi ex pacto indulta per octo annos, id ipſum non minùs perſpicuè declarat eum ſibi utilius judicaſſe in contractu peractæ venditionis perſeverare, quàm ab eo per redemptionem rerum venditarum, & pretii reſtitutionem diſcedere, ut obſervat *Mantic. de Tacit., & Ambig. lib.4.tit.31. num.35., Spad. conſil.302. num.9. verſ. eoque tom.2., Larrea deciſ. Granaten. 70. num.17.*

35 Neque verò pretium Ducatus Caſtri, bonorumque ſub eo comprehenſorum cenſendum perindè eſt, ac æſtimaretur, ſi tam utile, quàm directum, Supremumque Dominium in contractum venditionis venire potuiſſet; erant enim, ut præmiſimus, feudalia, & ſubjecta Supremo, ac directo Dominio Sedis Apoſtolicæ, ad quam lineâ finitâ erant devolvenda; id, quod valorem minuebat in ſexta parte. *Surd. conſil. 452. num.76., & ſeq., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de ſolut. Canon. quæſt.1. num. 101., Giurb. ad conſuetud., Meſſan. cap.6. Gloſſ. 12. num.25. part.1., Cancer. var. reſolut. part. 1. cap. 13. num. 47., Fontanell. deciſ. 62. num. 15., & ſeqq., Rot. deciſ. 1494. numer. 5., & 6. coram Seraphin., & deciſ. 573. numer. 3., ibique Adden. ſub numer. 15. coram Ludoviſ.*

36. Rur-

36 Rurſus aliam ſaltèm ſextam partem pretii exhauriebat pactum tribuens facultatem redimendi, cu jus mitiorem æſtimationem ſic eſſe taxandam, ubi facultas illa non perpetua, ſed temporaria ſit, probant *Palm. Nep. alleg.*191. *num.*30., *& allegat.*211.*n.* 40., *Calvin. de Æquit. lib.*3. *cap.*273. *num.*31., *Giballin. de Uſur. quæſt.* 35. *num.* 267., *Rot. in deciſ. impreſſ. poſt Cyriac. controv.*261. *num.*4., *&* 5., *& deciſ.*390. *num.* 8., *& ſeq. part.*17. *Recent.*, *& deciſ.*1346, *n.*13. *coram Coccin.*, *& deciſ.* 1336. *num.* 8. *coram Emerix Jun.*

37 Facta autem hac gemina detractione, facilè percipi licet, quàm utilis contractus ille fuerit Duci Venditori, nam præter ſummam = *Di un milione, ſeicento ventinove mila, e ſettecento cinquanta ſcudi* =, quam Rev:Camera Apoſtolica erogavit in numerato, obtinuit idem Dux nomine pretii, & intuitu contractus dictæ venditionis ſibi remitti pœnam, in quam inciderat, devolutionis Feudorum Parmæ, & Placentiæ, caſſando etiam, & abolendo Proceſſus jam ſuper ea confectos, ut in Inſtrumento §. *Inſuper præfatus*, itemque fuit aſſecutus alteram remiſſionem explicatam in eodem §. ibi = *Nec non omnia, & ſingula damna, quæ ab iiſdem Cohortibus, ſeù Militibus* (ſcilicet Ducis Raynutii) *prætenduntur fuiſſe illata, ac, præjudicia ex prædictis reſultantia remiſſa penitùs, & omninò eſſe voluit, & vult* =, & in alio §. *Ac etiam in pretium*, ibi = *Ac etiam in pretium præfatum, & contemplatione ejuſdem contractus imputavit ipſi D. Duci &c. impenſas per Sanctitatem Suam, ſivè ejus Reverend. Cameram, vel aliàs quomodocumque factas, tàm pro executione Mandatorum expeditorum in Congregatione Montium ad inſtantiam Montiſtarum, & pro conſcribendo Equitatu, & Peditatu, quam etiam in avertendis hoſtilitatibus, & impedimentis,*

& op-

Digitized by Google

& oppoſitionibus præfatis, ac aliàs quomodolibet eiſdem, cauſa, & occaſione &c. =; quæ quidem damna, & impenſæ per hoc pactum remiſſæ excedebant ſummam facilè decies centenorum milliunt ſcutorum. Et nihilominùs, ut liberaliùs ageretur cum Duce Venditore, addita fuit declaratio, quod ille redimere volens Bona vendita infra octo annos, non niſi ſummam = *D'un milione, ſeicento ventinove mila, e ſettecento cinquanta ſcudi* = teneretur rependere, adeout peracta etiam redemptione pro hac tantùm pecuniæ ſumma, irrevocabiliter firma manere deberet inſignis illa pœnarum, damnorum, & impenſarum remiſſio, *Summ. d. Num. 6.*

38 Cum igitur hæc quamcunque læſionis ſuſpicionem omninò propulſent, neceſſe non erit addere, tum quod non omnis læſio viam ſternit reſciſsioni venditionis, ſed ſolum illa, quæ dimidiam juſti pretii excedat ad normam *Text. in l. 2. Cod. de reſcind. vend.* Tum etiam quod in Inſtrumento venditionis, de qua agitur, renunciatum cum Juramento fuit etiam exceptioni læſionis enormiſsimæ, ut in §. *Et ſalvis præmiſſis*, ibi = *Nihilominus pro potiori cauthela, ſi plùs, vel minùs valerent, aut valere dici poſſent, totum illud plùs, ſi minùs, quantumcunque eſſet, etiamſi dimidiam juſti pretii excederet, vel ad aliam quamcunque majorem, ac notabilem, & notabiliſſimam ſummam, de qua ſpecialis mentio fieri deberet, aſcenderet, ipſi Contrahentes ſibi ipſis invicem donarunt donatione pura, mera, & irrevocabili, quæ fit, & fieri dicitur inter vivos, enormi, & enormiſſimæ leſioni, & quibuſcunque tàm juris, quàm facti exceptionibus &c., etiam mediis eorum juramentis expreſsè renunciarunt* = *Summar. dicto Num. 6.*

39 Poſtremò de validitate, ac juſtitia Contractus, de quo diſſerimus, eximium teſtimonium perhibet actus

etiam

etiam ille, qui objici ſolet; nam in Capitulis Pacis ad Pirenæos initæ anno 1659. inter Philippum IV., & Ludovicum XIV., ſic in Cap. 100. ex inſinuatione Ducis Parmæ (ignaro quamvis Pontifice) conventum fuit = *Eadem de cauſa, & quò omnium diſcordiarum ſemina, quæ quietem Italiæ turbare poſſent, eradicentur, convenerunt duo DD. Reges de interceſſione ſua, atque ſupplicationibus apud noſtrum Sanctum Papam &c. interponendis, uſque dum à Sanctitate Sua GRATIAM &c. pro D. Duce Parmenſi obtinere poſſint, ut nempe illi liceat ad diverſos terminos tempori convenientes æs alienum, quod cum Camera Apoſtolica itidem diverſis vicibus contraxerat, expedire &c.* =. En quod ex titulo Juſtitiæ, vel obligationis ab ea promanantis nihil poſtulari, nihilque exigi circa rem illam à Summo Pontifice poſſe teſtati fuerunt Reges ambo, ſic etiam apud eos fatente, & inſinuante Duce Raynutio II.; ſed in ſolam Gratiæ petitionem vota ſupplicantium collimarunt, admiſſa proinde, & approbata omnimoda perfectione, ac legitima firmitate contractus Emptionis, & Venditionis, ex quo Rev. Camera Apoſtolica Ducatum Caſtri acquiſiverat, & retinebat; prout confeſſionem iſtam haud obſcurè continet ſupplicatio ad ſolam Gratiam directa, & voluntarii beneficii collationem poſtulans, ex animadverſis per *Paſſerin. in cap. fin. quæſt. unic. art. 1. num. 64. de conſuet. in 6.*, *Spad. conſ. 65. num. 19.*, *& 20. tom. 1.*, *Manſ. conſult. 110. num. 10.*; *Rot. deciſ. 331. num. 7. & ſeqq. coram Ludoviſ.*, *& deciſ. 142. num. 17. poſt Torr. de Pact. futur. ſucceſſ.*

Infertur ex dictis Ducatum Caſtri rite fuiſſe ab Alexandro VII. incorporatum Cam-Apoſtolicæ anno 1659.

40 Jam verò ſi ab ipſis primordiis, & validus, & juſtus maximè fuit contractus Emptionis à Camera Apoſt. factæ, ſique extincta ſub annum 1657. qui erat poſt venditionem octavus, fuit facultas redimendi, & contra-

ctus

ctus aſſumpſit naturam puræ, & liberæ venditionis iuxtà legem indictam in ipſo Inſtrumento §. *Quæ quidem quantitas*, ibi = *Eoque termino elapſo, & ſolutione dicta quantitatis, ac redemptione non factis, incontinenti, & in eodem inſtanti ipſo Jure, & ipſo facto, & abſque ulla declaratione idem Jus, & facultas redimendi cenſeantur, ac verè ſint expirata &c., eoque caſu venditio cenſeatur, & ſit libera, pura, ac perpetua, perinde ac ſi dictum Jus numquam fuiſſet reſervatum, ſicut ex nunc, prout ex tunc &c. liberè, purè, & ſimpliciter, ac in perpetuum vendiderunt* = *Summar. d.Num.6.* Planè ſequitur, quod Jure optimo in Conſiſtorio habito die 20.Decembris anni 1659., aſſentiente Sacro Cardinalium Collegio, declaraverit Alexander VII.Ducatum Caſtri cum omnibus bonis in emptionis contractum cadentibus unitum, incorporatumque Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ, ideoque ſubjectum Conſtitutionibus Prædeceſſorum Pontificum interdicentibus alienationem Civitatum, Caſtrorum, Terrarum, Locorumque ad Sedem Apoſtolicam pertinentium; Id, quod etiam confirmatum fuit peculiari Conſtitutione deindè promulgata menſe Januario anni 1660., ad quem obſervandam Pontifex ipſe ſolemni voti, ac Jurisjurandi vinculo ſe obſtrixit. *Summ.Num.* 10.

41 Hic autem peropportuna occurrit animadverſio, quod quamquam hæc omnia luce palàm, ac publicè geſta fuerint, præſentibus quoque in Urbe Oratoribus Regnum, inter quos paucis ante menſibus commodo Ducis Parmæ inita fuerat pactio illa, quam proximè recitavimus, & cujus adeò recens erat memoria; tamen, nec eorumdem Regum, nec ipſius Ducis nomine, conqueſtio ulla propoſita fuit: Maximum ſanè argumentum, quod eorum etiam judicio nullum jus Duci Raynutio competebat ad impediendam, ſive

remorandam ſolemnem illam *incamerationem* Ducatus Caſtri, utpotè juſto emptionis titulo verè quæſiti Cam. Apoſtolicæ, & in ejus plenum dominium legitimè translati; quodque gratia, quam pro eodem Duce ſe poſtulaturos polliciti Reges fuerant, utpotè pendere debens à libero Pontificis arbitrio, non erat idonea ad præbendum obicem ullum aggregationi illius Ducatus ad Patrimonium Cam. Apoſtolicæ.

Probatur nullius momenti eſſe Decretum ab Alexandro VII. editum anno 1664. de excameratione Ducatus Caſtri, & conceſſione novæ facultatis illum redimendi.

42 Nec urget, quod poſtmodum, nempe anno 1664., idem Pontifex Alexander VII. cum Conciſtoriali Decreto eumdem Ducatum Caſtri *excameraverit*, atque iterum illius redimendi poteſtatem fecerit Duci Raynutio. Huic enim actui vim nullam ineſſe, ſatis per ſe manifeſtum faciet ſeries rerum tunc geſtarum, quam ſumus nunc expoſituri.

43 Die 20. Auguſti anni 1662., dum per Urbem incederet Duciſſa Crequii Uxor Legati Regis Chriſtianiſſimi, ſuborta rixa inter ejus famulos, & nonnullos milites ex ea cohorte, cui patria Inſula Corſicæ nomen dabat, contigit cædes nobilis Adoleſcentis addicti ſervitio Duciſſę. Gravi inde excitata ſimultate inter Pontificem, ac Ludovicum XIV., Dux Parmæ, Raynutius hanc nactus occaſionem incitavit Regem ut quaſi conditionem præviam ad relaxandam iram, poſtularet pro ipſo Duce ab Alexandro VII. *excamerationem* Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis ſub eo contenti, cum conceſſione ulterioris ſpatii octo annorum ad redimendum, adita etiam facultate hoc faciendi in duas vices. Senſit Pontifex id à ſe poſtulari, quod impertiri, ſalvis Juſtitię, & conſcientiæ legibus, non poterat, nec debebat, haud quaquam id ferente priori emptionis contractu legitimè conſummato, itemq; obſiſtentibus Apoſtolicis ſanctionibus, quas voto, ac jurejurando firmatas violari religio non patiebatur. Hæc itidem fuit ſententia omnium

Car-

Cardinalium, quos Pontifex ea de re conſuluit. Regiis itaq; Miniſtris ſignificavit Alexander ſe quidem aſſenſurum, ut Duci Parmæ, ſi quid Juris haberet, ſi venditionis contractum irritum ex cauſa legibus probata reddere poſſet, Judicio experiri liceret; Sed Ducatum Caſtri Sedi Apoſtolicæ jam juſtè, ac legitimè incorporatum *excamerare*, eumque iterum redemptioni obnoxium efficere haud quaquam ſe poſſe. Tam ęqua reſponſio nihil valuit; Acrior in dies Regis commotio, & in adverſum ardor; gravior minarum intentatio; nimis etiam reſpondentia facta. Ecce violentam Status Avenionis, & Comitatus Venayſini ad Sedem Apoſtolicam ſpectantium occupationem: Jam Gallicæ copiæ Parmam, & Placentiam, Feuda ſcilicet Sedis Apoſtolicæ, immiſſæ, & ad invaſionem Bononiæ, ac Ferrariæ, aliorumque locorum Status Eccleſiaſtici paratæ. Nemo autem eſt, qui non intelligat, quàm longè impares bello cum Potentiſſimo Rege ſuſtinendo eſſent vires Pontificis, qui jam quater decies centena ſcutorum millia fruſtrà impenderat, ut Ditionem Eccleſiaſticam muniret, ac tueretur. Irritis precibus omnes Catholici Principes ad opem Pontifici ferendam rogati, quorum animos formidabilis Ludovici potentia coarcebat. Adhęc accedebat Chriſtianam quoque Religionem, ac Rempublicam in apertum diſcrimen vocari, ſi militaris licentia in Italia debacchari ſineretur, ſiquè rei benè gerendæ occaſio fuiſſet aperta Turcarum Tyranno, qui tunc cervicibus Chriſtianorum imminebat in Hungariæ Regno, Inſuliſque Ditionis Venetæ.

44 **Hoc rerum ſtatu, nec periculi evadendi ſpe ulla affulgente, iterum Pontifex Cardinales omnes conſuluit, quid facto opus eſſet. Reſponſum ab iis fuit nulli conſilio in extrema neceſſitate locum eſſe, ſed & ipſi neceſſitati morem gerendum, inſerviendumque tem-**

 pori;

pori;totius Eccleſiaſtici Status,Reique publicæ Chriſtianæ ſalutem præferendam ; minus malum ſubeundum , ſi gravius declinari alioqui non poſſet ; denique urgenti vi, cui reſiſti nequiret, cedendum, *excamerando* Ducatum Caſtri, Statumque Roncilionis, indulgendoque novam redimendi facultatem,quemadmodum de hac Sacri Collegii ſententia conſtat ex ſuffragio litteris ad perpetuam rei memoriam mandato, & à tribus in quocumque Ordine prioribus ſubſcripto *Summ.Num.* 11.

45 Alexander, accepto Cardinalium conſilio, Cæſarem Raſponum ſuo nomine ablegavit ad congreſſum cum Miniſtris Ludovici Regis habitum Piſis, ubi rès compoſitæ fuere, & plures conventiones ſtabilitæ, quarum illa, quæ ad Ducatum Caſtri pertinet, ſic habet = *Sua Santità per fare apparire alla Maeſtà del Rè Criſtianiſſimo il ſuo Paterno affetto, & à contemplazione di tutto quello ſarà ſtabilito nel preſente accordo, immediatamente dopo la ſottoſcrizione del preſente trattato diſcamerarà col voto, parere, e conſenſo del Sagro Collegio li Stati di Caſtro, e Ronciglione, con tutti gli anneſſi, membri, e pertinenze, e concederà nel medeſimo tempo al Signor Duca di Parma un termine di anni otto conforme al conceduto nell' Iſtromento ſtipulato trà la Camera, ed il Signor Duca, dentro il quale poſſa farne la ricompra mediante la reſtituzione, & effettivo pagamento di un milione, 629.mila, e 750.ſcudi, che ſi devono alla R.Camera Apoſtolica, ſecondo il concordato in detto Iſtrumento; & in oltre concederà facoltà al Signor Duca, à contemplazione di S.M. di far detta ricompra, e di reſtituire detto danaro in detta ſomma in due paghe, in modo, che ſeguitane una, s'intenda ricomprata la metà dello Stato, e di eſſa ne poſſa pretendere il libero poſſeſſo, reſtando l'altra in potere della Camera, finchè non ſarà pagato tutto il reſto* = *Summ.Num.* 12.

46 Huic

46 Huic conventioni obſecundans Pontifex in Conſiſtorio habito die 15. Februarii 1664. decretum edidit in hæc verba = *Excameramus Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis, novumque terminum octo annorum Duci Parmæ ad redimendum in duabus vicibus juxtà concordata concedimus, cum declarationibus ſequentibus.*

Pimò quod in reliquis omnibus habeatur relatio ad Inſtrumentum inter noſtram Cameram Apoſtolicam, & prædictum Ducem celebratum. Secundò &c. Tertiò &c.

Quartò, ut deficiente Duce in redimendis prædictis in terminis, & modis conventis, idem Ducatus, ac Status ſint, & intelligantur eo ipſo incorporati, & reuniti, uti anteà, noſtræ Cameræ Apoſtolicæ = Summ. Num. 13.

47 Mane tamen ejuſdem diei, quo iſtiuſmodi Decretum prolatum fuit, ipſe Pontifex Chirographum manu ſua ſcriptum, ac ſubſcriptum exaravit, in quo primum luctuoſas illas circumſtantias, quas ſuperiùs expoſuimus, ſingillatim recenſuit, deindeque proteſtatus eſt ſe ad *excamerationem* Ducatus Caſtri, & ad conceſſionem iteratæ facultatis redimendi deveniſſe adactum ineluctabili neceſſitate, oppreſſumque armis, & minis potentiſſimi Regis. Itaque ſe Deum immortalem, Beatoſque Apoſtolos Petrum, & Paulum teſtes appellare, quod nihil eorum feciſſet libera voluntate, nec conſentiendi propoſito, ſed ea extorquente vi armata, metuque incuſſo ab eo, cui reſiſti non poterat, itemque urgente ratione præoccupandi graviora Religionis, S.Sedis, Eccleſiaſticæ temporalis Ditionis, & Subditorum ſuorum incommoda alioquin certiſſimè impendentia. Addita idcirco ſolemni declaratione, quod quæcumque circa *excamerationem* Caſtri, & Roncilionis, & prorogationem temporis ad

redi-

redimendum feciſſet; aut deinceps facturus eſſet, nulla, ac irrita, & ſe intrinſecùs nec volente, nec aſſentiente, ſed quoad externam actionem ſuccumbente neceſſitati à præpotentia, ac violentia impoſitæ, geſta haberi deberent.

48 Proteſtationem iſtam latentem manere ex natura ipſa rei neceſſe fuit, ſed eam Pontifex apud duos Cardinales ſtatìm depoſuit, nempè Barberinum S. Collegii Decanum, & Chiſium Nepotem ſuum, quorum fidei commiſit, ut ſe ab humanis recepto, ſine mora Chirographum ipſum proferrent; id quod cum Cardinales fecerint, extat authographum Documentum in Vaticano Archivo.

49 Jàm verò hiſce perſpectis, res ipſa loquitur, & ſatis clarè pronunciat habendam veluti nullius momenti eſſe, tam *excamerationem* Caſtri, & Roncilionis, quàm conceſſionem novæ facultatis redimendi; nàm quemadmodum minimè licebat Alexandro Terras Status Eccleſiaſtici alienare, & à Patrimonio Cameræ Apoſtolicæ, cui jàm erant legitimè incorporatæ, extrahere, ſic non licuit Pontificem ad id faciendum compellere, ajente *Hug. Grotio de Jure Belli, & Pacis lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 21. = *Quicquid alicui facere non licet, ad id eum impellere, & ſollicitare non licet.*

50 Juris inſuper publici regulis eſt conſtitutum nihil ratum eſſe debere, quod vi, metuque geſtum fuerit, vel per potentiam extortum ab invito; unde in *leg.* 1. *ff. de eo, quod met. cauſ.* ſic habetur = *Ait Prætor: Quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo: Olim ita edicebatur: Quod vi, metuſve cauſa: Vis enim fiebat mentio propter neceſſitatem impoſitam contrariæ voluntati: Metus autem propter, inſtantis, vel futuri periculi cauſa, mentis trepidationem. Sed poſtea detracta eſt vis mentio, ideò quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videretur* =, & in *leg.*

leg. 3. ff. eod., ibi = *Continet igitur hæc clauſula, & vim, & metum. Et ſi quis vi compulſus aliquid fecit, per hoc Edictum reſtituitur* = & in *leg. Qui cœtu ff. ad leg. Jul. de vi publ.*, ibi = *Qui ve per vim ſibi aliquem obligaverit, nàm eam obligationem lex reſcindit* =, & in *leg. Si Mulier. §. Si Dos ff. de eo, quod met. cauſ.*, ibi = *Si Dos metu promiſſa ſit, non puto naſci obligationem, quia eſt veriſſimum nec talem promiſſionem Dotis ullam eſſe* =, & in *leg. Qui in carcerem 22. ff. eod.*, ibi = *Qui in carcerem quem detruſit, ut aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc cauſam factum eſt, nullius momenti eſt* =, & in *leg. Qui in aliena §. Celſus ff. de acquir. hæred.*, ibi = *Qui metu verborum, vel aliquo timore coactus fallens adjerit hæreditatem, ſive liber ſit, hæredem non fieri placet; ſive Servus ſit, Dominum heredem non facere* = & in *leg. Si donationis 7. Cod. de iis, quæ vi, metuſve*, ibi = *Si donationis, vel tranſactionis, vel ſtipulationis, vel cujuſcumque alterius contractus obligationis confectum Inſtrumentum metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales minas pertimeſcendo, adito Præſide Provinciæ, probare poteris, hoc ratum haberi ſecundum Edicti formam non patietur* =, & in *leg. Venditiones 12. Cod. eod. tit.*, ibi = *Venditiones, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extortæ ſunt, præcipimus infirmari* =, *Onnate de contract. tom. 1. tract. 1. diſput. 3. ſect. 10. num. 2., & ſeqq., Urceol. de Tranſact. quæſt. 96. num. 20., & ſeqq., Altimar. de nullit. contract. rubr. 1. quæſt. 14. n. 231., & ſeqq. tom. 3. Torr. de Pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 27. num. 5., Hodiern. controverſ. forenſ. cap. 16. num. 1., & 2., Manſ. conſult. 35. num. 41. cum duob. ſeqq., Chriſtin. deciſ. Belgic. 114. tom. 2., Dexart. deciſ. Sardin. 48. num. 4., Rovit. deciſ. 21. num. 12. verſ. Ultra.*

Digitized by Google

51 Quinimò non ea ſolùm,quæ inter homines geſta ſunt, ob hanc cauſam irrita ſiunt,ſed quæ etiam pertinent, ad obligandum hominem Deo, nam nec voti, nec juramenti emiſſio, nec Sacri Ordinis ſuſceptio, nec Regularis profeſſio ſuſtinetur, ſi coactio, aut metus incuſſio intervenerit, ad *Text. in cap. 1. de his, quæ vi, met.*, *Sanchez de Matrim. lib. 4. diſput. 6. num. 18.*, *Bottiglier. de ſucceſſ. ab inteſt. theorem. 75. : & 80. num. 9.*, *Caren. reſolut. 81. per tot.*, *Altimar. de nullit. contract. rubr. 1. quæſt. 14. n. 244., & ſeqq. tom. 3.*, *Barboſ. Vot. deciſ. 77. à num. 4. ad plures ſeqq.*, *Rot. deciſ. 154. par. 14. Rec.*

52 Parvique refert, quod vis illata, metuſque incuſſus non fuerit à Duce Parmæ Raynutio; quippe ſi alter pro ipſo, ac in ejus utilitatem vim fecit, perinde eſt ac ſi ipſe vim, metumque feciſſet, nec re per hunc modum confecta juvari ullatenùs potuit, ad *Text. in leg. metum 9. §. Cum autem, & §. Animadvertendum, leg. Item §. Secundum hæc, & leg. Quod diximus in principio ff. de eo, quod met. cauſ., & in leg. Si cum exceptione 14. §. In hac actione ff. eod. tit.*, ibi = *In hac actione non quæritur, utrum is, qui convenitur, an alius metum fecerit, ſufficit enim hoc docere metum ſibi eſſe illatum, vel vim, & ex hàc re eum, qui convenitur, etſi crimine caret, lucrum tamen ſenſiſſe &c., & ideò ad hoc tantum Actor adſtringitur, ut doceat metum in cauſa fuiſſe, ut alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem ita traderet, vel quid aliud faceret* =, & in *leg. Non intereſt, Cod. de iis, quæ vi, metuque, Urſill. ad Afflict. deciſ. 263. num. 6.*, *Altimar. de Nullit. contract. rubr. 1. quæſt. 14. num. 314., & 319. tom. 3.*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. Gloſſ. 2. par. 5. num. 20., & ſeqq.*

35 Quamobrem, ſi *excamerationem* Ducatus Caſtri, & novam conceſſionem facultatis redimendi conſideremus,

mus, veluti proficiſcentem à pacto convento, certum erit pactionem illam nullo Jure potuiſſe conſiſtere, nam ſubſtantia, & eſſentia pacti in paciſcentium conſenſu fundatur, juxta *Text. in leg. Obligationum ſubſtantia. ff. de oblig.*, *& act.*, conſenſui autem nihil adeò repugnat, quàm vis, & metus, ut inquit *Ulpianus in leg. Nihil. 117. ff. de reg. Jur.*, ibi = *Nihil conſenſui tàm contrarium eſt, quàm vis, atque metus* =, & Alexander III. *in Cap. Cùm locum. de Sponſ.*, ibi = *Cùm locum non habeat conſenſus, ubi metus, vel coactio intercedit* =. Et quamvis apud Doctores diſputari ſoleat, an contractus per vim, & metum geſti, ſint ſtatim, ipſoque Jure irriti, vel potiùs irritandi, & auctoritate, officioque Judicis reſcindendi: Attamen, quandò agitur de rebus Eccleſiæ, concors eſt ſententia, quod contractus ſtatim à principio, ipſoque Jure irritus per ſe ſit, nec reſciſſionem expectet, *ut ex Can. 1. cauſ. 15. quæſt. 6.* notat *Gloſſ. in cap. 2. de iis, quæ vi, metuſve verb. coactus*, ibi = *Item in rebus Eccleſiæ ſpeciale eſt, quod non tenet traditio, vel promiſſio, vel Juramentum factum per metum de rebus Eccleſiæ* =, *Onnat. de contract. tom. 1. tract. 1. diſput. 3. ſect. 13. num. 241.*, *Mongollon. de metu cap. 9. num. 3.*, *& 24.*, *Altimar. de nullit. loc. ſupra citat. num. 241. cum duob. ſeqq.*, *De Marin. ad Reverter. deciſ. 21. num. 2. cum ſeqq.*

54 Si verò prædicta *excameratio* conſideretur, tamquam Gratia à Pontifice indulta; in hoc quoque ſtatu nihil actum dici debet, quia Principis Gratia, & conceſſio ſine ejus libero conſenſu, quem metus, vel violentia excludit, conſiſtere nequit; unde promiſſiones etiam Jurejurando munitas, quæ à Rege Cypri per vim, & metum extortæ fuerant, ipſo Jure irritas fuiſſe reſpondit pro veritate conſultus doctiſſimus *Card. Zabarella conſil. 137.* Idemque de Donationibus ab

oppreſſo Hiſpaniæ Rege Henrico IV. factis tradunt *Avendan. de metu lib.2. cap.3. num.46.*, ibi = *Obvia ſe offert jam alia quæſtio, an Donationes factæ à Rege oppreſſo valeant? & reſolutivè dicendum eſt non ſubſiſtere &c.. Undè inferas Donationes Regis Henrici IV. &c. turbulentiſſimis Hiſpanæ Reipublicæ temporibus ob aliquorum perfidiam, à quibus oppreſſus Rex nimis clemens, & pius, pluſquam juſto Inimicorum calliditati, & fallaciis indulgens, per vim, & metum extortas, revocatas eſſe, vel iterùm ad Judicum examinationem, & diſcuſſionem deduci juſſas, ut quod Bellorum civilium calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiret, ut ſe feciſſe gloriatur Juſtinianus in leg. unica in princ. Cod. de caduc. tollen.* =, & *n.61.*, ibi = *Inferas ſimilitèr Donationes factas ab altero Rege Henrico II. &c., ut Regiam Dignitatem tueretur ad alliciendos, confirmandoſque Procerum animos &c. tempore oppreſſionis propter graviſſima Bella orta inter eum, & Petrum, vitium nullitatis inſitum habuiſſe* =, *Robl. de repræſent. lib.3. cap.14. num.1., & 2.*, *Otalor. de Nobilit. part.4. princip. cap. 4. num. 6.*, *& 9.*, ubi ſic concludit = *Qua de cauſa, & in Principe, & in quolibet particulari præſumitur defectus voluntatis, & oppreſſio, quod de Jure communi ſufficit ad revocationem contractuum, & donationum, ut eſt notiſſimum* =, *Garz. eod. Tract. gloſſ.2. à num.25.*, *Altimar. de nullit. contract. rub.1. quæſt.14. num.657.*, *& ſeq. tom.3.*, *Solorzan. de Jur. Ind. lib.2. cap.27. num. 32.*, *Paz. de Tenut. tract. 2. cap. 57. num. 57.*, ibi = *Tertiò quia cùm prædictæ Donationes factæ fuiſſent tempore oppreſſionis Regis Henrici propter graviſſima Bella orta inter eum, & Fratrem Petrum, vitium nullitatis inſitum habuerunt, juxta Text. in leg. 29. tit. 18. part.3.*, ibi = *Ca eſtas non han fuerça ninguna, porque puede ſer, que ſe ayan dado por priſa*

de

de gran afineamiento, ò por muy gran cuyta, non puniendo al fazer por de ſuiar gran danno =. *Pálac. Rub. in* §. *69 num.* 14., *&* 18. *in rubr. cap. Per veſtras, de Donat. int. Vir., & Uxor., Illeſc. in Hiſtor. Pontific. lib. 6. cap. 19. cum aliis ibidem allegatis*. Et quod nec etiam valeant conceſſiones, quæ ob nimiam importunitatem precum à voluntate non prorſus libera Principis prodijſſe cenſetur, ſtatuit *Text. in l. prima Cod. de petit. bonor. ſublat. lib.* 10., *& in cap. 2. de conceſſ. Præbend., & in cap. primo de Religioſ. domib. in 6., Gloſſ. in cap. Tuæ fraternitatis, de Præbend., Innoc. in cap. Petitio in princip. de Jurejuran., Navarret. in diſc. Politic. diſc. 24. ad fin., Sanchez de Matrim. lib. 4. diſput. 7. num.* 4. cum aliis relatis apud *Antunez de Donat. Reg. lib. 2. cap. 13. num. 86., & num. 87. verſ. ex ea*, ibi = *Ex ea ratione, quia ea, quæ per improbitatem, & importunitatem precum conceſſa ſunt, dicuntur fieri invito concedente, & ideò non valent, quaſi non ex libera voluntate conceſſa* =, *Avendan. de Met. lib. 2. cap. 11. à num. 78. ad 81., Peira, olim Præſes Conſilii Ducalis Placentiæ in Tractat. de Poteſtat. Princip. cap. 32. concluſ. 2. princip. num. 68.*

55 Hæc autem potiori jure locum ſibi vindicant in noſtra hypotheſi, in qua conſenſum, liberamque voluntatem Pontificis defuiſſe, nedum adſtruitur ex illata vi, ſed apertè etiam comprobatur ex contemporanea ejuſdem Pontificis declaratione, & proteſtatione; diſertis enim ille verbis, ut ſupra diximus, teſtatum reliquit ſe ſine libera voluntate, & ſine interiori conſenſu, quin etiam diſſentiente intrinſecùs voluntate, Decretum illud *excamerationis* Caſtri, & Roncilionis protuliſſe, & alia circa id negotii feciſſe, & cum perpetuo itidem diſſenſu eſſe facturum. Cum itaque in quolibet etiam privato homine hujuſmodi proteſta-

tio ad probandam coactionem, removendumque ab actu geſto conſenſum valeat, & admittatur *Maſcard. de probation. concluſ.* 1248. *num.* 18., *Surd. conſ.* 395. *num.* 27., *Noguerol. allegat.* 29. *num.* 68., *Barboſ. Vot. deciſ.* 77. *num.* 96., *& ſeqq.*, *Pegaſ. reſolut.* 14. *num.* 65., *& num.* 74., *& ſeqq.*, *Capon. diſcept.* 264. *num.* 21., *&* 22., *Altimar. de nullitat. contr. rubr.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 83. *tom.* 3., *Rovit. conſ.* 85. *num.* 13. 14. 18., *&* 24. *lib.* 2., *Iranc. de proteſt. conſider.* 47. *num.* 16.. *ibique Adden. Pilaja num.* 1., *Graſſ. de Except. except.* 11. *num.* 74. Quantò certiùs fides erit habenda, & plenæ probationis vis tribuenda aſſeverationi à Pontifice Maximo circa factum proprium editæ, invocatoque etiam Numinis teſtimonio roboratæ? ut ponderant *Cevall. commun. contra commun. quæſt.* 897. *num.* 178., *Caſtill. de Tert. Debit. cap.* 6. *num.* 1., *Larrea alleg. Fiſcal.* 3. *ſub num.* 8., *Manſ. conſult.* 374. *num.* 21., *Adden. ad Sanfelic. deciſ.* 396. *verſ. Papæ aſſertioni*, *& in Addit. ad Rot. deciſ.* 254. *num.* 290., *& ſeqq. par.* 9. *Recent.*, *eadem Rot. deciſ.* 1016. *num.* 3., *& ſequentib. coram Seraphin.*: Et agendo etiam de aſſertione cujuſvis alterius Principis in rem propriam *Dec. in Auth. ſi quis, in fin. Cod. de eden.*, *Spad. conſ.* 175. *num.* 114. *tom.* 3., *Caſtill. de Tert. Debit. dicto cap.* 6. *num.* 2., *Decian. reſp.* 25. *num.* 8. *lib.* 1., *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 53., *& ſeqq.*, *Adden. ad Sanfelic. deciſ.* 396. *verſ. Princeps*, *& per tot.*, *& in dicta Addit. ad Rot. deciſ.* 254. *n.* 293. *par.* 9.

56 Nec obſtat, quod proteſtatio illa clàm facta fuerit, nam quoties concurrit juſta ratio, ob quam palàm fieri proteſtatio nequit, clandeſtina æquè valet, ac publica, *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 106., *& ſeqq.*, *Barboſ. Vot. deciſ.* 87. *num.* 27., *&* 28., *Staiban. Jun. reſol.* 101. *à num.* 38. *ad* 42., *cent.* 2.,

Tren-

Trentae inq. var. reſol. lib. 1. reſol. 1. num. 18. in fin., & num. 44., Avendan. de Metu lib. 1. cap. 10. num. 17., Olea de Ceſſion. Jur. tit. 8. quaeſt. prima num. 13., Altimar. de Nullit. contract. rubr. 1. quaeſt. 14. num. 102., Franc. de Proteſt. conſilier. 47., ibique *Adden. per tot., Amat. reſol. 82. num. 10., Giurb. deciſ. 85. num. 1., & ſeqq.* Ut etiam minimè refragatur, quod eodem anno 1664. conſtituta quoque fuerit per publicum Inſtrumentum diviſio Ducatus Caſtri in duas partes, ut alterutra redimi à Duce Parmae ſeorſum poſſet. Hic enim actus, utpote priori conſectarius, & cauſa metus adhuc durante geſtus, eadem labe infectus dicendus eſt, ad *Text. in leg. Prohibere in fin. ff. Quod vi. aut clàm, Gallerat. de Renunciat. centur. 1. renunciat. 120. num* 8., *& ſeq., Mongollon. de Metu cap. 10. §. 2. n. 4., Altimar. de Nullit. rubr 1. quaeſt. 14. n. 297. & num. 309. tom. 3., Rot. deciſ. 263. num. 3. poſt conſil. Farinacc.*

57 Atque hinc jure, meritoque idem Alexander Pontifex, de ſuae etiam poteſtatis plenitudine, decrevit, ac ſancivit nullam, irritam, & nullius momenti *excamerationem* illam Ducatus Caſtri, & ulterioris facultatis redimendi conceſſionem Duci Raynutio à ſe factam, ut pariter revocatae, ac inanes declaratae fuere ab Hiſpaniae Regibus Henrico II., & IV. Donationes, & conceſſiones in ſtatu non liberae voluntatis à ſe ipſis factae; atque huc pertinent *leg. 4., & leg. 17. tit. 10. lib. 5., Recopill.*, ibi = *I como quiera que eſtas mercedes fueron hechas &c. eſtàndo el Rey opreſſo, i con juſtos timores* = & infra, ibi = *Las tales Donaciones no valieron, i fuè neceſſaria la declaracion, porquè faltò natural voluntad libre, i eſpontanea* =, aliaeque Hiſpanicae Leges, quas indicant *Avendan. de Metu lib. 2. cap. 3. num. 47., & ſequèn., & 52., Ayalor. de Nobilit. 4. part. princip. cap. 4., Garz. eod. Tract. Gloſ. 2. num.*

num. 24. , *Paz de Tenut. tract.* 2. *cap.* 57. *ferè per tot.* , *Solorzan. de Jur. Ind. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 51. , *Cabed. deciſ.* 75. *num.* 12. *par.* 2.

Concluditur, quod figurata etiam validitate excamerationis factæ ab Alexandro VII., nihilominus ſuffragari id non poſſet Sereniſſimo Duci Parmæ.

58 Conſtabilito ex dictis, quod nulli obnoxia vitio fuerit emptio Ducatus Caſtri; quod legitimè incorporatus ille extiterit Cameræ Apoſtolicæ; quod denique nullu numero habenda ſit ſubſequens *excameratio* contenta in Decreto Alexandri VII., calamum hìc ſiſtere poſſemus, quaſi cauſa iam plenè confecta. Sed adhuc facilè percipi licet, quod poſita etiam per inanem fictionem uti valida *excameratione* illa, itemque conceſſione novæ facultatis redimendi intra alios octo annos, nihilominus neutrum ſuffragari hodie poſſet Sereniſſimo Duci Franciſco, poſtquam ſcilicet ab anno 1664., quo ea geſta ſunt, ſeptem & quinquaginta anni abiere; tranſacto enim tempore ad redimendum rursùs præſtituto, ſtatim, ipſoque Jure Ducatus Caſtri recidit in priſtinum ſtatum, à quo temporariè deflexerat, iterumque Cameræ Apoſtolicæ incorporatus irrevocabiliter, ut priùs erat, evaſit. id etiam efficiente ea conditione, quam Pontifex conſiſtoriali Decreto inſervit in hæc verba = *Deficiente Duce in redimendis prædictis in terminis, ac modis conventis, iidem Ducatus, & Status ſint, & intelligantur eo ipſo incorporati, & reuniti, ut antea, noſtræ Cameræ Apoſtolicæ.*

Diſcutiuntur geſta ſub annum 1667. quoad tentatam redemptionem medietatis Ducatus Caſtri, eaque nullo numero habenda eſſe manifeſtum efficitur.

59 Nec eſt cur reſpondeatur, quod idoneo tempore, hoc eſt ſub annum 1667., tentata fuerit redemptio medietatis Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis, quodque effectum illa non fuerit ſortita ob recuſationem oblati pretii factam ab Officialibus Cameræ Apoſtolicæ.

60 Id quippe nec ſatis probatur, nec probatum officeret: Non primum, nam quantum reſciri huc uſq; potuit, omnis probatio nititur uno dumtaxat Inſtrumento,

de

de quo rogatus apparet Anſelmus Cellinus Notarius exterus, quique ſe aſſeruit deſcriptum tantummodò in Archivo Terræ Roncilionis, cum tamen Notarius, tametſi alioquin verè, & legitimè talis, nihilominùs ſi in *Matricula* (ut vocant) Notariorum Romæ deſcriptus non ſit, haud quaquam polleat facultate exercendi Notariatum in ea Urbe, nullaque fides habenda ſit geſtis ab eo, ſed inſuper falſi crimen, & pœnam incurrat, ut cavetur in *Statuto Urbis lib.* 1. *cap.* 31. in hæc verba = *Nullus Notarius creatus à quocunque quavis facultate fungente, poſſit Officium Tabellionatus, ſeù Notariatus in Urbe exercere, aut de quibuſvis Contractibus, Diſtractibus, Teſtamentis, aut quibuſvis ultimis voluntatibus ſe rogare, aut quovis modo Inſtrumenta conficere, niſi fuerit in Matricula Notariorum Urbis, quæ penès Secretarium Conſervatorum retinetur, deſcriptus, & adnotatus, & qui contrafecerit, ipſo Jure falſi pœnam incurrat, & tamquam falſarius puniatur, & nihilominùs geſtis per eum nulla omninò in Judicio, nec extra fides adhibeatur* = Idque pariter ſancitur in Conſtitutionibus Julii II., & Leonis X., de quibus *Cardin. de Luc. de Judic. diſc.* 27. *num.* 5., *Rot. deciſ.* 119. *num.* 4., *& ſeq. part.* 4., *ibique Adden. num.* 12., *& ſeqq.*, *& deciſ.* 61. *part.* 8. *Recent.*. Ac proinde non Inſtrumenti nomine appellanda eſt ſcriptura à Cellino exarata, ſed habenda tamquam ſimplex, & informis ſyngrapha facta manu unius privatæ perſonæ nullâ publica auctoritate ſuffultæ, cujus nuda teſtificatio nullum probationis gradum in alterius damnum poteſt conſtituere, ut appoſitè ad rem noſtram docent *Ruin. conſil.* 69. *num.* 8. *lib.* 3., *Gabriel. commun. concluſ. tit. de fid. Inſtrum. concluſ.* 1. *per tot.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 167. *num.* 55., *Boer. deciſ.* 242. *num.* 3., *Chriſtin. deciſ. Belg.* 153. *num.* 16., *& ſeqq. tom.* 5., *Pe-*

re-

regrin. deciſ. 67. num. 3., & 4.; & per tot. Nulla etiam ratione habita, quod alios duos homines in Teſtes adſcitos memoret idem Cellinus, nam eorum ſubſcriptio, aut teſtificatio minimè acceſſit, ſed quod ii interfuerint rei, quæ ſupponitur geſta, non aliunde apparet, quàm ex futili illa aſſeveratione Cellini.

61 Cęterum, ut innuimus, nec etiam officerent, ſi vera eſſent quæcunque in ejuſdem Cellini ſcriptura narrantur. Ibidem quippe exponitur, quod die 20. menſis Maii anni 1667. Julius Pilatonius Auditor Ducis Parmæ (verba ipſa exſcribemus) = *Rogavit me Notarium, & eoſdem infraſcriptos DD. Teſtes, ut aſpiceremus pecunias exiſtentes in infraſcripta manſione, ſeù ſtantia, videlicet in duabus Capſis ferreis plenis, & in duobus Armariis ligneis reſpectivè, & in eadem ſtantia exiſtentibus in præſentia mei Notarii in eorundem Teſtium apertis, prout ego Notarius, & iidem Teſtes introſpexi, & reſpectivè introſpexerunt, aperiendo ſacculos in eiſdem Capſis ferreis repoſitos, & quos fuit repertum eſſe plenos auro, & ſimiliter aperiendo alios ſacculos repoſitos in dictis Armariis, repertum fuit eſſe plenos argento. Quibus ſequutis idem Illuſtriſſimus D. Auditor extraxit, & extrahi fecit ex dictis Capſis ferreis viginti ſacculos continentes ſexaginta mille duplas aureas; partim cunei Italiæ, & partim cunei Hiſpaniarum, ad effectum illas deferendi ad dictam Depoſitariam Generalem Reverendæ Cameræ exiſtentem in Platea, & è conſpectu Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Campitello, nunc in Porticu, animo, & intentione in caſu acceptationis deferendi continuativè, & ſucceſſivè reſiduum uſque ad dictam ſummam ſcutorum octingentorum quatuordecim millium, octoventum ſeptuaginta quinque monetæ Juliorum decem pro ſingulo ſcuto pro facienda eorum ſolutione unica vice. Et incontinenti ad effe-*

ctum

ctum prædictum fecit collocare dictos viginti ſacculos in duabus capſis ligneis &c. =. Subjungit inſuper binas iſtas arculas immiſſas fuiſſe duabus rhedis Oratoris Regis Galliæ, & aſportatas domum Petri Nerlii tunc Depoſitarii Cameræ Apoſtolicæ, ſed eum oblatos nummos firmè recuſaſſe, nec à Prælato obeunte munus Theſaurarii Generalis impetrari potuiſſe juſſionem, ut Depoſitarius pecuniam illam acciperet. *Summ. Num.* 14.

62 Satis itaque ex his conſtat, quod Pilatonius, licèt animum redimendi medietatem Ducatus Caſtri oſtenſtans, haud quaquam tamen depoſuit ſummam ſcutorum 814875., quæ medietati pretii à Camera Apoſtolica ſoluti reſpondebat; imò nec etiam re ipſa omnem illam pecuniam quaſi præſentem obtulit, ſed Nerlio Depoſitario Rev. Cameræ exhibuit dumtaxat ſexaginta mille Duplas auri, quæ erant longè infra quartam partem pretii rependendi, addita ſimul verbali pollicitatione exſolvendi deindè pecuniam reliquam. At verò hæc agendi ratio minimè fuit Juris præſcripto conſentanea, nam redimere volens rem antea venditam, haud ſatis eſt, quod viva voce, nudiſque verbis paratum ſe aſſerat rependere pretium, ſed oportet præſentem ab eo reddi pecuniam, & quidem totam, quantam conſtat pretium rei redimendæ, 63
facto etiam ejuſdem pecuniæ depoſito, quæmadmodum deducitur ex *l.* 2. *Cod. de Pact. inter Empt.*, & *Vendit.*, ubi quamvis de oblatione pecuniæ mentio fiat in hæc verba = *Actio præſcriptis verbis, vel ex vendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quæ poſt oblata ex pacto quantitatem ex eo fundo ab Adverſarium pervenerunt* =, attamen Gloſſa explicat illud oblationis verbum, non quaſi ſignificans oblationem voce tantùm factam, ſed oblationem factam re ipſa cum nummorum erogatione, ac depoſito; inquit

adimpletis pro ſupradicta redemptione adimplendis modo, & forma, quibus ſupra ex parte D. Ducis, tunc Reverenda Camera teneatur retrovenditionem facere =. Summario Num. 6. Hæc autem conditio repetita intelligitur etiam in ſecunda redimendi facultate indulta anno 1654. utpote ad prioris normam concepta, ut videre eſt in concordatis, ibi = *S. Santità concederà nel medeſimo tempo al Signor Duca di Parma un termine di anni otto, conforme al conceduto nell' Inſtrumento ſtipulato trà la Camera, ed il Signor Duca, dentro i quali poſſa farne la ricompra, mediante la reſtituzione, & effettivo pagamento &c. ſecondo il predetto Inſtrumento, Summario Num. 12.* . Et in Decreto Pontificis, ibi = *Conceſſitque novum terminum octo annorum D. Duci Parmæ, ejuſque Succeſſoribus ad redimendum Ducatum, & Statum prædictos &c. in duabus vicibus, & terminis juxta præmiſſorum Capitulorum tenorem, cum infraſcriptis declarationibus, ſeù præſervationibus, videlicèt: Primò quod ſalvis præmiſſis, illiſque firmis remanentibus, in reliquis non contrariis habeatur relatio ad Inſtrumentum aliàs ſub die 19. Decembris 1649. inter Cameram Apoſtolicam, & dictum D. Ducem celebratum = Summario Num. 13.*

64 Non tenebatur itaque Rev. Camera Apoſtolica retrovenditionem facere, niſi effectivè ſoluta à Duce Parmæ pecunia in numerato, nam illud ablativum abſolutum = *Perſolutis unica vice &c. Sequuta actuali, & effectiva ſolutione* = habet vim conditionis ſuſpenſivæ, quaſi ſcilicet dictum fuiſſet = *Si D. Dux unica vice exſolverit actualiter pecuniam* =, proindeque retrovenditioni faciendæ locus non erat, niſi impleta priùs ex parte Ducis illa ſolutionis conditione, cujus adimplemento non ſatisfaciebat oblatio, realis ſolùm de minori parte, & verbalis de reliqua parte majori,

 ſed

ſed neceſſaria erat effectiva, & contemporanea totius pecuniæ erogatio, ut notat *Decian. conſil.*10. *num.*90. *lib.*1., *Gratian. diſceptat. forenſ.*786. *num.*12., *& ſeq.*, *Acoſta de privileg. credit. regul.*1. *ampliat.*2. *num.*81., *&* 82., *Rot. deciſ.*492. *num.*7., *&* 8. *coram Ludoviſ.*, *& deciſ.*492. *num.*7., *&* 8. *coram Ludoviſ.*, *& dec.*559. *num.*6. *coram eod.*

65 Quid quod argumenta nihil dubii relinquentia perſuadent Pilatonium verè non fuiſſe inſtructum à re nummaria, quanta opus erat ad perficiendam redemptionem medietatis Ducatus Caſtri,& Status Roncilionis, ſed actus, quos geſſit, ad inanem oſtentationem voluntatis redimendi direxiſſe?

66 Prima hac de re gravis conjectura elicitur ex quo Dux Raynutius II. per Inſtrumentum die 18. Junii 1666. exaratum conſtituit memoratum Julium Pilatonium Procuratorem ad redimendam medietatem dicti Ducatus, ſolvendamque congruentem pretii quantitatem; quo tamen Inſtrumento, ac mandato uſus non priùs fuit Pilatonius, quàm vertente menſe Majo ſequentis anni 1667., quando ſcilicet actus, quos retulimus, geſſit. Quis autem eſt, qui non intelligat mandatum illud ad redemptionem faciendam collatum fuiſſe,tametſi tam grandis pecunia ad id neceſſaria in promptu non eſſet? Etenim ſi jam inde ab eo tempore, hoc eſt à die 18.Junii 1666., Dux Raynutius congeſſiſſet, & Pilatonio tradidiſſet ſummam ſcutorum 814875., à veriſimilitudine nimis abhorret,quod tamdiù, (nimirum fermè per annum) dilata fuiſſet inſtantia pro obtinenda retrovenditione,interim otioſa, & infructuoſa manente tanta pecuniæ vi, quæ jam parata, & redemptioni dimidii ducatus deſtinata eſſet. Quod ſi evidens idcircò eſt jactatam menſe Junio anni 1666. fuiſſe redemptionis faciendæ voluntatem, cum tamen certè idonea nummorum præſidia tunc deeſſent, pari ratione exiſtiman-
dum

dum indubiè videtur, quod ſimilis oſtentatio, nummis tamen vacua, adhibita quoque fuerit menſe Majo anni 1667.

67 Deinde ponderandum, quod quamquam Pilatonius exterum Notarium, itemque duos exteros homines, nempe addictos ſervitio Oratoris Regis Chriſtianiſſimi, & in omnem ſuam voluntatem pronos adſciviſſet, nihilominus non fuit auſus petere ab eis teſtimonium de exiſtentia omnis pecuniæ in ſumma ſcutorum 814875., ſed eorum teſtificatio in eo tantùm ſtetit, quod viderint aureos, & argenteos nummos in ſacculis. At quot ſacculi? Quot in ſingulis ſacculis nummi? Quantum auri, quantum argenti? Nihil profectò tale exploratum Notario, ac Teſtibus. Non coram ipſis facta pecuniæ numeratio, aut appenſio; Imò nec etiam recognitum fuit, num ſacculi, qui in ſumma parte præſeferebant nummos, intus tamen, & uſque ad fundum nummis ſimilibus, vel alia potius materia referti eſſent.

68 Rurſùs additur fuiſſe ex duabus ferreis Arcis deprom- ptos viginti ſacculos continentes ſexaginta mille Duplas auri. Porrò credere fas eſt non admodum ingentem rei pecuniariæ copiam; nam alioquin ſexaginta mille Duplæ ex una tantùm Arca facilè expromi potuiſſent, nec opportuiſſet eam ſummam ex pluribus hauriri Arcis. Cęterum ille aureorum nummorum numerus, qui in dictis viginti ſacculis extitiſſe dicitur, undenam cognitus Notario, & Teſtibus? Non certè ex propria ſcientia, atque oculorum obtutu, nam pecunia nec ipſis intuentibus numerata, nec ipſis coram repoſita in ſacculis fuit. Jam ergo non Teſtes de viſu dicendi illi ſunt, ſed ſolùm Teſtes de auditu à Julio Pilatonio, cujus aſſertioni innixum fuit quicquid ea de re Notarius ſcripſit, proptereaq; nulla omninò probatio elici inde poteſt. *Cravett. conſ.* 41. *num.* 2.

num. 2., *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 60. *num.* 87., *Capyc. Latr. conſult.*83. *num.*29., *Rot. deciſ.*538. *num.* 11. *coram Buratt.*, *& deciſ.* 305. *num.* 4. *par.* 15., *& deciſ.*297. *num.*11. *par.*19. *Rec.*

69 Quin etiam adeò ſolers illa, & circumſpecta agendi ratio indicio ſatis eſſe videtur, quod pecunia ad redemptionem faciendam neceſſaria defuerit, nam ſi non defuiſſet, utique cum Pilatonius Notarium, & Teſtes illos accerſiverit hoc potiſſimum conſilio, ut eorum teſtimonio conſtaret pecuniam omnem ſibi in promptu fuiſſe, adhibuiſſet ea etiam media, quæ ad hanc probationem formandam erant opportuna, videlicet coram ipſis numerando, aut ſaltem appendendo pecuniam, de cujus vera quantitate teſtificandum erat, cum certè latere ipſum Pilatonium, qui Juriſperitus erat, & Cauſarum civilium Auditoris munere Placentię fungebatur, non poſſet, quod alioqui nulla Teſtium fides, nullum teſtificationis momentum eſſet exciturum.

70 Hoc amplius, ſi verè tota pecunia, quanta ad redemptionem opus erat, apud Ducis Adminiſtrum fuiſſet, cur ille non totam detulit ad domum Depoſitarii Cameralis, aut cur dumtaxat paulò plùs quinta parte deportari curavit? Cum enim rhedis Oratoris Regii in devehendis duabus arculis uſus fuerit, non aliæ etiam (ſi opus fuiſſet) ejuſdem Oratoris rhedæ deerant, quibus uti pro aliorum nummorum aſportatione poſſet. Quamquam exiſtimandum verius eſt, quod ubi Pilatonius omni ſumma ſcutor. 814765. fuiſſet inſtructus, eam depoſuiſſet apud Sac. Montem Pietatis, vel apud menſam nummariam S. Spiritus, ubi tutiùs cuſtodiri, & unde certiùs de veritate exiſtentiæ conſtare poterat, accepta ſyngrapha Depoſiti, directiſque pro ſolutione ſchedulis ad eas publicas menſas, ut pro veteri more fieri aſſolet in hac Urbe.

71 At-

71 Attendenda item præcipuè eſt conditio temporis, quo ea peracta à Pilatonio ſunt. Alexander enim Pontifex non repentino morbo oppreſſus fuit eo, quo deceſſit, die, hoc eſt 22. menſis Maii 1667., ſed annis fractus, & diuturna ægritudine tentatus ad ſupremum vitæ diſcrimen ſenſim, & quaſi gradibus venit, adeo ut pluribus ante diebus palam conclamatum de ejus ſalute eſſet. Ut igitur conjicere fas eſt, reſervavit Miniſter Ducis Raynutii inſtantiam pro redemptione medietatis Ducatus Caſtri in eum temporis articulum, quo ſciebat Miniſtros Camerales non valituros ægrotantem, & à Medicis penè depoſitum Pontificem adire, nec ejus animi ſenſa de tam gravi negotio explorare, ideoque cogitavit, quod licèt pecunia ſibi in promptu non eſſet, nihilominus liberè oſtentare potuiſſet voluntatem faciendæ redemptionis, quin reformidandum ſibi eſſet, quod Pontifice aſſentiente retrovenditioni, in lucem extrahi ſimulatio valeret, ac detegi defectus totius neceſſariæ pecuniæ. Præterea timuit etiam fortaſſe idem Miniſter Ducis, ne poſt mortem Alexandri Pontificis faciliùs, ac liberiùs ſub alio Eccleſiæ Antiſtite ſucceſſore pateheret vitioſitas *excamerationis* dicti Ducatus, & redintegratæ facultatis redimendi, adeoque in medium prodiret juſta cauſa, ob quam non deberet effectum ſortiri quicquid actum, promiſſumque ab Alexandro fuerat. His igitur rationibus permotum credimus Miniſtrum Ducis, ut tempus illud proximum morti Pontificis ſcitè captaret, nimirum tentaturus, an aliquid utilitatis ex ea per ſpeciem ſimulata voluntate redimendi erui valeret, quam, nummis deficientibus, nullatenus capi poſſe ex effectiva redemptione certò ſciebat.

72 Et ſanè quod res ita ſeſe habuerit, perſpicuè etiam evincitur ex quo Pilatonius, dum Apoſtolica Se-

des

des vacaret poſt obitum Alexandri VII., nihil ea de re egit, nec cum Cardinali Camerario, nec cum Sacro Collegio, ſive Cardinalibus in ordine prioribus, penes quos ſumma rerum gerendarum poteſtas eo tempore eſt, nec etiam (quantum notum ſit) cum Clemente IX. Pontifice ſucceſſore. Quis verò non videt, quàm inveriſimile ſit, quod Dux Parmæ, ſi jam Romam miſiſſet tam grandem pecuniam, redemptioni ſaltem medietatis Ducatus Caſtri deſtinatam, paratamque biduò ante obitum Pontificis Alexandri, eam tamen ſi effectu vacuam jacere paſſus ultrò fuiſſet, nullà poſt ejuſdem Pontificis mortem inſtaurata petitione, ut Bonorum redemptio, & pretii ſolutio admitteretur ?

73 Ex his autem poteſt quoque æſtimari cujuſnam ponderis eſſe valuerit interpellatio, quam adverſus Commiſſarium Cameræ Apoſtolicæ idem Julius Pilatonius penes Acta Cardinalis Camerarii expoſuerat die 18. Maii 1667., hoc eſt quarto ante Alexandri obitum die; nam quæ ſuperiùs allata à nobis ſunt, in iſtum quoque actum quadrare aptè videntur, vel multò etiam magis, ſpectatà nimirum reſponſione, quam ſtatim eodem illo die, & apud eadem Acta emiſit Commiſſarius Cameræ Apoſtolicæ in hac verba = *Contra prædictam proteſtationem, & declarationem pro nunc dixit generalia contra ſalvo Jure &c., & non admitti, nec mandari afficere, tamquam continentem oblationem merè, & prorsùs inutilem, & inanem, non autem realem, contra formam Juris, & obligationum Sereniſſimi D. Ducis Parmæ exigentium actualem, & effectivam ſolutionem per ablativum abſolutum = Sequuta effectiva, & actuali ſolutione =, nec admittentium huiuſmodi aſſertam oblationem. Ideò proteſtatus fuit nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, & adimple-*

impletis adimplendis = . *Sum. Num.* 14. . Id igitur ſummopere aggravat circumſtantias illas, quas antè enucleavimus, nam cum Pilatonius Ducis Raynutii Miniſter ab Officiali Cameræ Apoſtolicæ admonitus de inanitate,& ſutilitate verbalis ſuæ oblationis, itemque de neceſſitate adimplendi non voce tantùm,ſed re ipſa ſolutionem totius pretii congruentis medietati Bonorum, antequam redemptioni locus eſſe poſſet, nihilominùs huic proteſtationi acquieverit, nec deindè aliud fecerit, quàm biduò poſt exhibere aſſertam ſummamDuplarum ſexaginta mille, en luce ipſa clarius, quod vires rei nummariæ penes Pilatonium manentis non ultra iſtam pecuniæ quantitatem progredi illum patiebantur,neque ei concedebant, ut Juri Ducis Raynutii heri ſui conſuleret adhibito remedio præſcripto in *l. Si à te 7. Cod. de paƐt. int. Empt., & Vendit.*, ibi = *Si à te comparavit is, cujus meminiſti, & convenit, ut ſi intra certum tempus ſoluta fuerit data quantitas, ſit res inempta: remitti hanc conventionem reſcripto noſtro non jure petis. Sed ſi ſubtrahat, ut jure dominii eandem rem retineat, denunciationis, & obſignationis, depoſitioniſque remedio, contra fraudem potes juri tuo conſulere*.

74 Verum enim verò nedum ob eam, quam expoſuimus, cauſam nequit imputari Cameræ Apoſtolicæ, quod tunc redemptio medietatis DucatusCaſtri ad exitum perducta non fuerit,ſed etiam quia nec Dux Raynutius, nec Pilatonius umquam determinavit, quamnàm ex duabus partibus dicti Ducatus redimere vellet. Cum enim in conventionibus initis ſub annum 1664. in Civitate Piſarum optio data eſſet Duci Parmæ, ut eam, quam priùs maluiſſet, partem redimeret, ibi = *Rimettendo all'arbitrio, & elezione del Signor Duca di ricomprare quella delle due parti, che più gli piacerà* = *Summario Num.* 12. hæc tamen ele-

ctio

ctio numquam facta extitit, nam ſi intueamur mandatum Procurationis à Duce collatum Pilatonio die 18. Junii 1666., nulla ibidem determinatio continebatur, cum verba mandati hæc ſint = *Volens modò Sereniſſimus D. Dux conſtituere Procuratorem ad declarandam illam partem, quam primo loco recuperare intendit, & ad illam recuperandam &c. Hinc igitur &c. fecit &c. Procuratorem &c. Julium Pilatonum &c. ad ipſius Sereniſſimi Domini Ducis nomine, & pro eo eligendum, & declarandum velle recuperare illam partem, ſeù medietatem dictorum Ducatus, Status, & Bonorum etiam Juriſdictionalium ipſi Domini Procuratori bene viſam, & per ipſum exprimendam, quam declarationem, & expreſſionem ipſe Sereniſſimus Dominus Dux ex nunc, prout ex tunc approbat, & confirmat, cum dictus Dominus Procurator de mente Sereniſſimi Domini Conſtituentis ſit benè informatus* =: *Summario Num.* 15. Pilatonius verò numquam electionem talis partis protulit, ſed in interpellatione, quam die 18. Maji 1667. fecit erga Commiſſarium Cameræ Apoſtolicæ, inquit = *Una ex duabus partibus Ducatus, & Statuum Caſtri, & Roncilionis cum ejus membris, & pertinentiis, quam idem D. Comparens nomine dicti Sereniſſimi Ducis eliget ad formam mandati Procuræ* = *Summaria Num.* 14. In aliis autem actibus, quos geſſit die 20. ejuſdem menſis Maji 1667., indefinitè locutus fuit de una tantùm parte redimenda, non explicans utram mallet redimere.

75 Itaque hæc incertitudo obſtabat retrovenditioni, nam rei incertitudo, ſive quæ ſit ratione loci, ſive quæ ſit ratione quotæ, contractum vitiat, ac præſertim illum emptionis, & venditionis, in quo ſicuti neceſſaria eſt certitudo pretii, ita etiam requiritur præciſa certitudo rei, cum alioquì neque dominium, neque poſſeſſio tranſ-

transferri queat, juxta *Text. in leg.* 3. *§. Incertam ff. de acquir. poſſeſſ.*, *Bero conſ.* 159. *per tot.*, *& præcipuè num.* 10. *lib.* 1., *Tiraquel. de Jur. conſtit. par.* 3. *limit.* 19. *num.* 1., *Gratian. diſcept.* 519. *num.* 72., *Cyriac. controv.* 255. *num.* 18. *cum duob. ſeqq.*, *Adden. ad Buratt. deciſ.* 220. *num.* 12., *Oſaſc. deciſ.* 34. *num.* 23., *Mantic. de Tacit. lib.* 14. *tit.* 30. *n.* 16., *& ſeqq.*, *Rot. dec.* 320. *num.* 3., *& ſeqq. par.* 16. *Rec.*, *& deciſ.* 897. *num.* 6. *coram Card. Cerro.*

76 Quicquid autem ex juris cenſura conſtitutum eſt in venditione, locum quoque ſibi vindicat in ea retrovenditione, quæ ex pacto redimendi fieri debeat, cum, & hæc ſit nova, & vera venditio, iiſdemque regulis dimetienda, ut ex *Text. in leg. Ab emptione*, *ff. de pact.*, *& in leg. Si quam rem ff. de reſcind. vendit.*, *& in leg.* 1. *Cod. Quando lic. ab empt. diſced.*, notant *Caſtrenſ. in leg. Si ea lege*, *Cod. de pact. int. Empt.*, *& Vendit. num.* 2., *&* 3., *Giballin. de human. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *artic.* 4. *num.* 3., *Vela diſſert. Jur. lib.* 1. *diſſert.* 32. *num.* 2., *& ſeqq.*, *& num.* 6., *Faber de Error. Pragmat. Decad.* 22. *Error.* 1. *num.* 3., *&* 4., *Capyc. Latr. deciſ.* 16. *num.* 11., *& ſeqq.*, *& num.* 30., *&* 31. Ac proindè juſtè, rectèque Commiſſarius Cameræ Apoſtolicæ in ea reſponſione, quam adverſus interpellationem Pilatonii reddidit die 18. Maji 1667., hæc addidit = *Proteſtatus etiam fuit, & proteſtatur exadversò exprimi, & declarari cum ſufficienti Mandato Procuræ, quæ ex duabus partibus Bonorum, de quibus agitur, velit, & prætendat Sereniſſimus Dominus Dux Adverſarius redimere, ut ex utraque parte adſit certitudo de Jure requiſita* =: *Summario dicto Num.* 14. Qua tamen ſtante proteſtatione, nihilominùs nulla edita fuit declaratio partis certæ, quam Pilatonius nomine Ducis redimere intenderet.

77 Firmum ergò, immotumque maneat, (ut demonſtrandum ſumpſeram), quod tametſi nulli obnoxia vitio figuraretur *excameratio* Ducatus Caſtri ab Alexandro Pontifice facta cum conceſſione ulterioris intervalli octo annorum ad redemptionem ineundam; haudquaquam tamen id poſſet opitulari votis Sereniſſimi Ducis Parmæ, nam quoad medietatem ejuſdem Ducatus in confeſſo eſt redemptionem nullo unquam tempore tentatam fuiſſe; quo verò ad alteram medietatem, perindè eſt eam procuratam nullatenùs fuiſſe, ac non doceri de implemento conditionum, quæ ad retrovenditionem aſſequendam erant omninò neceſſariæ. Quocircà jamdiù tranſacto tempore, quod redimendi facultatem coercebat, nullus relinquitur locus dubitandi, quin totus ipſe Ducatus ritè, & irrevocabiliter incorporatus Cameræ Apoſtolicæ remanſerit, adeoùt Sanctiſſimus D.N. nec poſſit, nec debeat à Patrimonio Sedis Apoſtolicæ illum divellere, quippe qui id ſe nullatenùs facturum, ſolemni ſacramento, votique ſponſione, & dum Cardinalis eſſet, & poſtquam Pontifex creatus fuit, toto adſtante Sacro Collegio, ex concepta forma promiſit.

Cum Juris regulis congruere etiam publici boni rationem demonſtratur.

78 Neque tamen etiam, antequam finem ſcribendi faciamus, temperare nobis poſſumus, quominus ante oculos cujuſque æqui rerum æſtimatoris proponamus, quanti ſit momenti res, quæ agitur. Ducatus quippè Caſtri, & Status Roncilionis, qui ad illum pertinet, ſiti ſunt, nedum intrà fines, ſed in viſceribus, medulliſque temporalis Principatus Eccleſiæ. Adeò verò non longè ea Loca diſtant ab Urbe Roma, ut in ipſo ejus *Diſtrictu* jacent. Fermè etiam omni ex parte circumſtant Oppida, ac Terræ Pontificii Dominii, nec multis ex Subditis, & Advenis Romam petentibus alia patet via, quàm per Ducatum Caſtri, Sta-

tum-

tumque Roncilionis. Hæc dixiſſe ſatis eſt, ut animo reputari queat, in quantum venire diſcrimen aliquandò poſſet publici Status tranquillitas, & quam grave totius Eccleſiaſtici Principatus, ipſiuſque tam vicinæ Urbis turbamentum imminere, ubi in iis, quæ deſcripſimus, locis extero Principi dominatum exercere permitteretur. Quid, ſi multo milite aliquandò munirentur? Quid, ſi ibidem propugnacula ædificarentur grandioribus tormentis inſtructa? Quid, ſi itinera aut explorari, aut intercludi aliquando pro re nata contingeret? Quid, ſi eò confugerent extortes, exilio damnati, & facinoroſi, quos Pontificii Miniſtri, Rectoreſque Provinciarum Status Eccleſiaſtici reos capitis pronunciaſſent? Nonne id eſſet propemodum ſubjicere externæ poteſtati, ac dominationi temporalem omnem Principatum Eccleſiæ, & Summos Pontifices in aſſiduos angores, graviſſimaſque moleſtias conjicere, & quaſi continuo in teſtini belli timore exagitare?

79 Porrò rebus ita ſe habentibus fateri oportet, quod ad præoccupanda tot publicorum malorum ſemina, Pontifici Jure ſuo liceret, (etiam ſepoſito quovis alio juſto, legitimoque acquiſitionis, & poſſeſſionis titulo) Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis retinere, nam quod Princeps Supremus pro ſecuritate proprii Status capere poſſit Oppidum, aliumve locum, Feudalem Vaſſalli ſui, probant *Martin. Lauden. de Caſtellan. inter Tract. Magn. tom. 16. quæſtion. 6. pag.* 278., *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 12. *ſub num.* 49., *Antun. de Donat. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 20. *&* 22., *Capyc. Latr. deciſ.* 199. *num.* 47.: Et generaliter quod ex cauſa publicæ utilitatis, vel neceſſitatis liceat Principi Subditum, vel Vaſſallum etiam non aſſentientem, re, vel Jure ſuo privare docent *Alex. conſil.* 136. *num.* 12. *lib. primo*, *Mandell. Alb.*

conſ. 185.

Digitized by Google

conſ. 185. n. 17., Cephal. conſ. 1. n. 126., & ſeqq., Fachin. controverſ. Jur. cap. 63. lib. 8., Rodulph. de abſolut. Princip. Poteſt. cap. 6. n. 160., Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 5. tit. 2. ſub n. 49., Cutell. de Donat. diſc. 2. par. 6. num. 45., Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. n. 359., Leo deciſ. 34. n. 24., Antunez de Donat. Reg. lib. 2. cap. 2. num. 20., & cap. 11. n. 66., Altimar. de Nullit. contract. Rubr. 1. par. 4. quæſt. 39. n. 331., & ſeqq. tom. 6., Torr. de Majorat. Ital. par. 1. cap. 32. n. 124., & de Pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 10. num. 48. & ſeqq.

80 Quamvis autem iidem Doctores ſubjungant conſentaneum æquitati eſſe, quod Princeps rem ſic alteri ademptam alia ratione compenſet, in noſtra tamen hypotheſi ambigi non poſſet, quin huic conditioni jam abunde ſatisfactum fuerit, tributa nimirum Sereniſſimæ Domui Farneſiæ jam inde ab anno 1649. compenſatione illa, quam (pretio tunc accepto) juſtam, & congruam, ſibique etiam perutilem fuiſſe Dux Raynutius II. declaravit. Verùm hæc attulimus, non quia in tanta aliarum rationum copia huic poſtremo fundamento inſiſtere neceſſe ſit, ſed ut æqui, bonique cultoribus innoteſcat, quod adeò diuturnam Cameræ Apoſtolicæ poſſeſſionem moveri, nec Juris Civilis regulæ poſtulant, nec Juſtitia exigit, nec publici boni ratio patitur.

PAULUS, &c. Ad perpetuam rei memoriam &c. Vices licet immeriti gerentes in Terris de Civitatum, Terrarum, & Locorum quorumlibet noſtræ ditioni ſubjectorum, ac ſubditorum, & vaſſallorum eorumdem ſtatui proſperè, & fideliter dirigendo ſedulò cogitamus, ac pro hujuſmodi ſalubri directione nonnunquam Civitates, Terras, & Loca ipſa dignioris nominis titulo inſignimus, eorumque conditionem attollimus, & in melius reformamus &c. Dudum ſiquidem cum clar. mem. Petro Aloyſio ſeniore genitore, & Angelo germano, ac aliis omnibus, aſſimilis mem. Ranuccio de Farneſio etiam per lineam tranſverſalem deſcendentibus majoribus noſtris, quibus Canini, Gradularum, ac Abbatiæ ad Pontem Caſtren., nec non Valentani, & Lateræ in Vicariatum, ac Pinzani, Caſſani, & Taſſani Caſtra, & Inſula cum Terra Marthæ, & Rocca Canarii Montisflaſconen., & Tuſculanen. Diœceſis per fel. rec. Eugenium IV. Nicolaum V. Martinum etiam V. Pium II. & Paulum etiam II. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros etiam forſan Conciſtorialiter ſucceſſivis vicibus,& temporibus cum ſolutione cenſus annui Cameræ Apoſtolicæ unius crateris argenti ad tertiam generationem conceſſa fuerant, de medio ſublatis &c. ad nos ſolos, qui tunc in minoribus conſtituti, & Cardinalatus honore fungentes ſine ſpe conjugii remanſeramus, ac Ranutio, & aliis Majoribus noſtris prædictis ſucceſſeramus, deveniſſent, & Nos illa omnia, nec non Caſtrum Vici &c. ac tenutam Caſamalæ Sutrin, ac Nepeſin. Diœceſis cum tenimento, & diſtrictu, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, pro quo cenſus annuus quatuor librarum ceræ, qui poſtmodum per piæ mem. Julium Papam II. etiam Prædeceſſorem noſtrum in emptione per nos de eis tunc facta extinctus extitit, antea dictæ Cameræ per- Num. 1.

Bulla Pauli III. ſuper erectione Ducatus Caſtri, ejuſque Inveſtitura.

ſolvebatur etiam auctoritate ipſius Julii prædeceſſoris in Vicariatum perpetuum obtineremus, recol. mem. Leo Papa X. etiam Prædeceſſor noſter ad fidei integritatem, quam Majores noſtri præfati ad prædictam Romanam Eccleſiam pro tempore geſſerant &c., & ex aliis cauſis tunc expreſſis, & ſibi notis Motu proprio omnia Caſtra, Terras, & loca, quæ quomodolibet tunc expreſſis titulis ad nos pervenerant, & quæ per noſtrum obitum tam ad noſtros utriuſque ſexus etiam qui de dicta Domo de Farneſio originem non traherent, & ſi legitimè geniti, & forſan extranei, aliàs tamen ad ſucceſſionem habiles eſſent tam ex teſtamento, vel alia ultima voluntate noſtra, quàm ab inteſtato nobis ſuccedentes &c. vel inter vivos &c. etiam ex contractu oneroſo habere decerneremus &c. ad dilectum filium Nobilem Virum Petrum Aloyſium de Farneſio Juniorem domicellum Romanum extendit Nobis pro Nobis, noſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus &c. in perpetuum Vicariatum abſque alio cenſu, quem ſupradicto perſolvendo conceſſit, nobiſque & illis, ut tam de primo Canini, & aliorum Caſtrorum, Terrarum, & Locorum ſupradictorum, quàm ultimò dictis Vicariatibus hujuſmodi cujuſvis licentia minimè requiſita &c. liberè diſponere poſſemus &c., & deindè idem Leo prædeceſſor præfato Petro Aloyſio Juniori quartam partem tenimenti Abbatiæ ad Pontem hujuſmodi cum tertiolo nuncupato Caſtren., reliquis partibus, tunc, ut præfertur, ad nos ſpectantibus, & per nos poſſeſſis, quam Dohanerii Dohanæ Patrimonii Urbis ratione uſus, & perceptionis herbarum modo, & forma tunc expreſſis habebant cum certis pecuniarum ſummis tunc expreſſis ratione Tenutæ Palatii Arcionis, annis ſingulis ſolvi ſolitis à ſubjectione, & perceptione hujuſmodi, itaut dicta quarta pars ex tunc de cœtero, ipſis Dohaneriis obnoxia nullatenus remaneret &c., & ad ipſum Petrum Aloyſium Juniorem, ſuoſque hære-

A

des,

des, & ſucceſſores pleno jure, ut veros Dominos ſpectaret, & pertineret, & inſimul Caſtrum Caprarolæ Civitatis Caſtellanæ Diœceſis cum omnibus juribus, juriſdictionibus &c. exceptis dumtaxat ſale ſocatico, & groſſo, & taxis dilectis filiis Secretariis noſtris debitis pro pretio ſeptem millium ducatorum tunc per ipſum Petrum Aloyſium juniorem ſolutorum vendidit, ſeù ipſi in ſolutum dedit. Ac ſucceſſive piæ record. Clemens Papa VII. etiam Prædeceſſor noſter, cui Nos pro ſuis, & Sedis, & Cameræ prædictarum urgentiſſimis neceſſitatibus &c. ſummam duorum millium ducatorum auri de Camera &c. Caſtrum Roncilioni &c. ad ipſum, & Sedem, ac Cameram prædictas &c. jure directi Dominii ſpectans &c. in Vicariatum etiam cum pacto, & facultate illud ad requiſitionem ejuſdem Cameræ ſatiſfacto tamen nobis, ſivè eiſdem hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris prius, & antè omnia de hujuſmodi ſumma 2. mil. ducatorum, & non alias reluendi, illudque antequam relueretur in quamcumque aliam perſonam transferendi &c., & demum dicto Clemente prædeceſſore, ſicut Domino placuit, de medio ſublato, nos Divina favente clementia ad ſummum Apoſtolatus apicem aſſumpti eidem Petro Aloyſio juniori terram Montis Alti ejuſdem Tuſculanen. Diœceſis pro ſe filiis, & hæredibus ſuis maſculis in quartam generationem ſub certo annuo cenſu &c., ac poſtmodum etiam Civitatem Nepeſinam &c. dilecto Filio Octavio de Farneſio &c. Petri Aloyſii junioris ſecundo genito &c. ad vitam ſuam tantum, & poſtremò etiam de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu Civitatem Caſtren. in Provincia Patrimonii S. Petri, Caſtrumque ſivè Caſtellum, vel Oppidum Gryptarum dictæ Montisflaſconen. Diœceſis ad eaſdem Sedem, & Cameram jure directi Dominii pari modo ſpectan., & pertinen. dicto Petro Aloyſio juniori titulo permuta-
 tio-

tionis &c. in perpetuum allodium etiam cum mero, & mixto imperio &c. jure ſuperioritatis eiſdem Sedi, & Cameræ tantum reſervato, & excepto, necnon tam circa granorum, ſive frumentorum totius Status infraſcripti extractionem &c. conceſſimus, & aſſignavimus, aliaſque, & alia fecimus, ac dicti Eugenius, Nicolaus, Martinus, Pius, Paulus, Julius, Leo, & Clemens prædeceſſores conceſſerunt, fecerunt, aſſignaverunt, ſtatuerunt, & ordinaverunt &c. Nos igitur &c. ſtatui Domus noſtræ providere volentes, ac Petrum Aloyſium Juniorem, & Octavium præfatos &c. Vicariatus prædictos, ac illorum titulos etiam cum omnibus, & ſingulis juribus, & pertinentiis ſuis, & ab iiſdem dependentibus, ac eis connexis, necnon etiam quoad modum ſuccedendi aliàs quam ut infra deſcribitur, ac per nos ſpecialitèr, & expreſsè diſponitur, ac pactum de retrovendendo Terram, ſive Caſtrum, vel Oppidum Roncilioni &c., necnon ſingulas prædictas, ac omnes, & ſingulas alias ipſorum Eugenii, Nicolai, Martini, Pii, Pauli, Julii, Leonis, & Clementis, ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum prædictorum, & noſtras dicto Raynutio Seniori, & ſuis deſcendentibus, ac ſucceſſoribus, Nobiſque, & per Nos ipſis Petro Aloyſio Juniori, & Octavio conceſſas literas &c., harum ſerie penitus, & omninò caſſantes, & annullantes, & expreſsè revocantes, necnon cenſus prædictos, & illorum quemlibet, ac illorum ſolutionem remittentes, & ab illis Petrum Aloyſium Juniorem, ac Octavium prædictos, necnon alios infraſcriptos abſolventes, & liberantes &c., necnon Petro Aloyſio Juniori, ac Octavio, & aliis infraſcriptis perpetuò ſuffragari debere decernentes, omneſque, & ſingulos tam juris, quàm facti, ac ſolemnitatum, vel quoſcumque alios, etiam ſingulari expreſſione dignos defectus, ſi qui forsàn intervenerint in eiſdem

ſup-

ſupplentes &c., necnon cum omnibus, & ſingulis derogationibus, decretis, & clauſulis, ac modis, & formis in eis contentis de novo concedentes &c., necnon conceſſionem dictæ Civitatis Nepeſinæ præfato Octavio ad ejus vitam dumtaxat factam prædictam etiam ad ipſius Octavii ſucceſſores infraſcriptos, ac modo infraſcripto in perpetuum extendentes, ampliantes, & prorogantes, ac ultrà, aliaſque à Nobis emanarunt remiſſiones, reſtitutiones etiam omnem devolutionem, aut in commiſſum, ſeù quamcumque aliam caducitatem, ſi qua forſan ex quacumque causa, & quocumqe modo etiam excogitabili &c. introducta fuerit, aut contigerit in Vicariatibus Caſtris, Terris, Locis, & Bonis prædictis denuò remittentes &c., Motu ſimili non ad ipſius Petri Aloyſii Junioris, vel alterius pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ipſius Petri Aloyſii Junioris, qui etiam dictæ Romanæ Eccleſiæ Confalonerius, & Gentium armorum ad noſtra, & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ ſtipendia Militantium Capitaneus Generalis exiſtit, & ultrà dilectum filium noſtrum Alexandrum S. Laurentii in Damaſo Diac. Cardinalem prædictæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarium, præfatum Octavium, ac dilectos filios Ranuccium Priorem Prioratus S. Joannis Venetiarum Hoſpitalis ejuſdem S. Joannis Hieroſolymitani, necnon Horatium maſculos, & dilectam in Chriſto filiam Victoriam fœminam in præſentiarum habet, ac etiam ulteriores filios, ut ſperatur, in dies habiturus eſt, & cui poſt noſtram aſſumptionem prædictam Vicariatus Dominii, & univerſalis Status, ad nos etiam tanquam Romanum Pontificem ſpectantium, & pertinentium regimen, adminiſtrationem, & gubernium, in quorum poſſeſſione, ſeù quaſi exiſtit, dimiſimus, & relaxavimus &c., & ut tam ipſe Petrus Aloyſius Junior, quàm Octavius prædicti, & alii ſui filii, & ſucceſſores primogeniti

niti perpetuis futuris temporibus aliqua majoris digni-
tatis potiantur prærogativa, Caſtren., & quæ etiam
aliàs titulo Ducatus dicta auctoritate Apoſtolica inſi-
gnita extitit Nepeſinæ, Civitates, ac Canini, Gradula-
rum, Abbatiam ad Pontem, Valentani, Lateræ, Pinza-
ni, Caſſani, & Taſſani, ac Inſulam cum Terra Marthæ,
ac Roccha Canarii, necnon quæ ſemper eorumdem
Ranuccii antiquioris, & aliorum Majorum prædeceſſo-
rum noſtrorum prædictorum, & noſtra allodialia fue-
runt, & ſunt, nec Sedi prædictæ, Romano Pontifici, aut
Imperatori, vel alicui alteri Principi, Dominio, vel Do-
mino in temporalibus ſubſunt, nec quoquo modo Supe-
riorem recognoſcunt ad effectum erectionis Ducatus
infraſcripti ſolùm, & dumtaxàt, ac non aliàs aliter, nec
alio modo, ità tamen quod per applicationem, vel ma-
nus noſtræ Pontificiæ appoſitionem hujuſmodi in illis
nulla penitùs, nec etiam quoad Juramenti fidelitatis
præſtationem, aut etiam novæ Inveſtituræ à dicta Sede
petitionem, vel alia quæcunque ſuperioritas, auctoritas,
aut juriſdictio nec eidem Sedi, nec Nobis tanquam
Romano Pontifici, neque Romanis Pontificibus ſuc-
ceſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus, vel alicui
alteri aliquo modo acquiratur, nec acquiſita cenſeatur
eſſe poſſit, nec ſit, ſed in eiſdemmet, in quibus anteà, ut
præfertur, fuerunt, & nunc ſunt exemptione, & liberta-
te ſemper, & perpetuò perſiſtant, permaneant, & perdu-
rent, Caput Montis Biſentium, Theſei, Pigienovani,
Monzanum, Pianzanum, Arleum, & Civitellam, ac
Montis Alti, & Gryptarum etiam cum omnibus, & ſin-
gulis illarum, & illorum Territoriis, & Diſtrictus uni-
verſis earumdem Tuſculanen. Montisflaſconen., aut al-
terius Diœceſis Caſtra, & Terras, ac Loca prædicta, ac
etiam cum Palatio noſtro Urbis, & univerſis aliis im-
mobilibus, ſeque moventibus, & mobilibus bonis tam
hìc in dicta Urbe, quàm extrà illam ubilibet exiſten.,
ità

iti quod unicum tantùm corpus ſit &c., nec unquam, quacumque etiam maxima, & neceſſariiſſima &c. cauſa ſeparari, vel diſſolvi poſſint, Apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentium perpetuò invicem unimus, annectimus, & incorporamus, ac ſic unita, annexa, & incorporata ad inſtàr aliarum Civitatum, & Terrarum, Ducatus titulo, dignitate, & honore fulgentium perpetuò erigimus, ac Ducalibus nomine, titulo &c. inſignimus, & decoramus, ac Ducatum ipſum cum pleno in temporalibus Dominio, ſupremaque, & omnimoda etiam meri, & mixti Imperii, ac quacumque Gladii poteſtate, & univerſali juriſdictione, & illorum exercitio eiſdem Petro Aloyſio Juniori, & Octavio ordine ſucceſſivo, & ſuis primogenitis modo, & forma infraſcriptis perpetuò concedimus, damus, & elargimur, ac eos de illo inveſtimus, ipſoſque Petrum Aloyſium Juniorem, & Octavium, ut præfertur, ac eorum primogenitos Caſtren., & Nepeſin. Civitatum, nec non Caſtrorum, Terrarum, & Locorum prædictorum in perpetuum Duces facimus, conſtituimus, creamus, & deputamus, ſtatuentes, & ordinantes, quod ex nunc deinceps Caſtren., & Nepeſin. Civitates, nec non Terræ, & Loca prædicta cum ſuis territoriis, & diſtrictibus prædictis Ducatus, ac Petrus Aloyſius junior, & Octavius, ſuique primogeniti præfati illius Duces, ut præfertur, exiſtant, & pro talibus ab omnibus cenſeantur, nominentur, habeantur, & reputentur &c. nec non Ducalibus inſigniis &c. prærogativis, & præeminentiis univerſis &c. quibus alii Ducatuum Duces etiam quantumcumque magni, & maximi tam Pontificii, quàm Imperiales de jure, conſuetudine, privilegio &c. utuntur, potiuntur, & gaudent &c. utantur, potiantur, gaudeant, & exerceant &c. Cœterum ut intentio, & voluntas noſtra, ac ipſius Petri Aloyſii junioris circa modum ſuccedendi, & perpetuationem memoriæ ipſius domus noſtræ de Farneſio

per-

perpetuis futuris temporibus habeatur, ac omnibus publicè innoteſcat, ſtatuimus etiam, atque decernimus, & ordinamus, quod Ducatus hujuſmodi integraliter ſit, & eſſe cenſeatur pro ipſo Petro Aloyſio juniore ſine tamen præjudicio dicti Octavii, quoad Civitatem Nepeſinam, & illius curam, regimen, & gubernium &c. fructuſque, redditus, & proventus vita ipſius Petri Aloyſii junioris durante, & poſt ejus obitum Alexandro Cardinali, & Vice-Cancellario Ranutio, Horatio, ac Victoria, omnibuſque aliis, & ſingulis ipſius Petri Aloyſii junioris utriuſque ſexus in poſterum naſcituris filiis penitus, & omninò ab hujuſmodi Ducatu excluſis pro præfato Octavio, qui tantum dicto Petro Aloyſio juniori immediatè ſolus, & in ſolidum ſuccedat, & aliis ſuis primogenitis de cœtero, ac ſucceſſivè omnibus, aliis etiam ſuis, & quorumcumque ſucceſſorum ſuorum Primogenitorum utriuſque ſexus filiis &c., & eveniente caſu, quod Octavius, & ejus primogenitus filius, ac alii primogeniti decederet, vel decederent ſine filiis maſculis, legitimis,& naturalibus &c. tunc, ac eo caſu, & modo Ducatus hujuſmodi deveniat, & tranſeat ad antiquiorem germanum fratrem legitimum dicti Octavii, ſi extet, & ipſo deficiente, vel moriente ſucceſſivè primogenitum legitimum ſi habuerit,& ſi defecerit primogenitus ipſius fratris, ac omnes filii maſculi legitimi, & naturales ab ipſo, & ſua linea deſcendentes, ut præfertur, rurſus tunc incipiat devenire, & tranſire in alium ipſius Octavii germanum fratrem &c., & ſic ſucceſſivè eodem ordine ſervato de primogenito in primogenitum legitimos deſcendentes dicti germani, ſivè germanorum &c.ita quod ſemper primogeniti maſculi legitimi, & naturales excluſis ſemper aliis germanis fratribus,ac filiis in perpetuum ſuccedat,& hujuſmodi Ducatus ſemper ſit, ſtet, & remaneat in domo, & familia ipſorum Petri Aloyſii de Farneſio junioris, & Octavii, ac alio-

rum

rùm primogenitorum maſculorum naturalium, & legitimorum ſupradictorum, ut præfertur excluſis fœminis, ſicque tali modo, & ordine ipſa familia, domus, & illius memoria perpetuetur, ac ſemper in futurum vigeat, & ſi dicti maſculi legitimi, & naturales laici deficiant, tunc deveniat, & tranſeat Ducatus ipſe ad tunc exiſtentem antiquiorem Eccleſiaſticum ſæcularem &c., & inſuper ipſius primogeniti Eccleſiaſtici filios maſculos legitimos, & naturales, donec ſuperſtites fuerint, & illis deficientibus in illius, & illorum tranſverſalibus tranſverſalium filiis maſculis legitimis, & naturalibus primogenitis ſemper excluſis fœminis, & aliis, ut præfertur, & eodem primo ordine ſervato in perpetuum ſuccedant &c. Eveniente verò caſu, quod prædicti omnes &c. deficerent, tunc ſuccedat fœmina legitima, & naturalis antiquior de domo de Farneſio ex ſucceſſoribus dicti Octavii tunc defunctoDuci proximior, etiamſi ſit nuptui tradita &c. ita tamen quod ipſa, & etiam ſuus maritus, ac ex tunc de cætero univerſa ſua familia, & demum ſuus primogenitus, & alii dicti primogeniti ſucceſſores primogeniti eodem ordine, proùt in aliis deſcendentibus, & tranſverſalibus primogenitis ſupradictum eſt, ſervato, utantur, & perpetuis futuris temporibus uti debeant primogenitura Ducatus, & Ducis hujuſmodi, ac cognomine, & inſignis ipſius DomusFarneſię, quibus prędictusPetrus Aloyſius junior in pręſentiarum utitur ſimpliciter, & abſque aliqua mixtura alicujus ſui primi, nec alterius cognominis &c., & in eventum quod omnes fœminæ de dicta domo deficerent &c. tunc deveniat ad maſculum tranſverſalem de domo, tunc Ducis defuncti maſculum, in quo incipiat, & ſervitur idem ordo primogeniti, deſcendentiæque cognominationis, & inſigniorum &c. Porrò cum abundè Alexandro Cardinali, & Vice-Cancellario, ac Ranuccio præfatis, unde honorificè vivant, jam per nos proviſum ſit, nos etiam

Horatio,& Victoriæ,ac aliis tam Petri Aloyſii junioris, quàm Octavii prædictorum , necuon omnium aliorum primogenitorum in Ducatu hujuſmodi perpetuò ſuccedentium , & ſuccedere debentium naſcituris utriuſque ſexus &c.providere volentes pariformiter ſtatuimus,& ordinamus,quod Ducatus hujuſmodi unàcum Caſtren., & Nepeſin. Civitatibus , ac ſingulis Canini , Gradularum, Abbatiæ ad Pontem Pinzani,Caſſani, Taſſani,Inſulæ cumTerra Marthæ,&Rocchæ Canarii,Laterę,Caprarolæ,Roncilioni,Caput Montis,Biſentium,Thæſei, Zanvauni , Pigienvani , Monzani , Pianzani , Arlen., Montis Alti,Griptarumque Caſtris, ſivè Oppidis, Terris,& Locis prædictis cum Vaſſallis, meroque,& mixto Imperio &c. prædicto Octavio , & poſt ejus obitum ſuo primogenito , ſucceſſiveque in perpetuum apud alios primogenitosDuces prædictos,ut præfertur remanente pro ſupportandis omnibus ſumptibus , & expenſis ad manutentionem , & defenſionem Ducatus, & illius Status hujuſmodi , ac fructuum, reddituum, & proventuum exinde provenientium collectionem,& exactionem neceſſariis de eiſdem fructibus, redditibus,& proventibus principaliter inter ipſosOctavium,acHoratium,& alios ſuos germanos fratres d. Petri Aloyſii junioris , & ſucceſſivè inter ipſius Octavii primogenitum,ac etiam germanos fratres ejuſdem Octavii reſpectivè filios maſculos legitimos , & naturales , & ſic in perpetuum duæ æquales portiones fiant , quarum una inſolidum cum Ducatu Octavio , & aliis primogenitis ſupradictis , & aliæ portiones Horatio præfatis , ac aliis ipſius Petri Aloyſii junioris filiis maſculis legitimis , & naturalibus &c. Mandantes dilectis Filiis Guidoni Aſcanio S.Viti in Macello Martyrum Diac.Cardinali de S.Fiora nuncupato Camerario noſtro,ac ejus in Camerariatu hujuſmodi ſucceſſoribus,necnon modernis, & pro tempore exiſtentibus dictæCameræ Præſidentibus,&Clericis,

cis,ut præmiſſa omnia, & ſingula &c.inviolabiliter obſervent, & ab aliis etiam &c.obſervari faciant &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo,quingenteſimo trigeſimo ſeptimo pridie Kalend.Novembris Pontificatus noſtri anno tertio.

M.Cardinalis Creſcentius.

B.Motta.

Loca, vel Terræ Abbatiæ ad Pontem.

Num.II. Elenchus vetuſtorũ Documentorũ comprobantium Supremum Dominium Sedis Apoſtolicæ in omnibus Locis, & Terris Ducatus Caſtri longiſſimè ante erectionem ejuſdem Ducatus, & Inveſtituram conceſſam à Paulo III.

Martinus IV. Anno 1283. mandat Petro de Vico, ut reſtitui faciat prædam quandam abductam per Jacobum Poli de Caſtro Bledæ ex Territorio Caſtri Abbatiæ ad Pontem, quod ad Romanam ſpectat Eccleſiam, & adduxerunt ad Caſtrum Juvenalis, quod ad ipſum Petrum pertinebat. Libro minori Martini IV. fol. 61. tetg.

Clemens V. Anno 1305. mandat Amanevo de Lebreto Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia,& eidem concedit facultatem ordinandi, & diſponendi de Caſtellaniis, & guberniis Caſtrorum Peritæ, Marthæ, Centumcellarum, Radicoſani, Inſularum Biſuntin., & Martan., Abbatiæ ad Pontem, Bulſeni, & aliarum Terrarum, & Caſtrorum, Vallis Lacus in Provincia Patrimonii exiſtentium ad Romanam Eccleſiam ſpectantium. Datum apud S.Siricum apud Lugdunum VI. nonas Martii Anno primo. Libro litterarum de Curia Anni primi Clem.V. fol.64. terg.

Anno 1379. Clemens VII. Pſeudopontifex, Aldericum de Interminellis creat Rectorem, & Caſtellanum Rocchæ, ſivè loci Abbatiæ ad Pontem Tuſcanien.Diœc.&c. ad Beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. Libro Anni ſecundi Bullar.Clem.VII.fol.

Martinus IV. Anno 1283. mandat Communitatibus, & hominibus Caſtrorum, & Terrarum Tuſcanien., Cor- Canini.

netin. Centumcellen., Montis Alti, *Canini* Aquæpendentis Radicoſani, & Proceni, ut Fratrem Diutaleve Caſtellanum Caſtri Abbatiæ ad Pontem miſſum ad Terras illas ad emenda Blada pro uſu Apoſtolici Palatii, & Pauperum benignè recipiant, eique in omnibus fideliter aſſiſtant. Libro minori Martini IV. fol. 63., & 68.

Anno 1377. Gregorius XI. abſolvit Commune, & Homines Caſtri Canini Caſtren. Diœc. &c. à quibuſcumque proceſſibus latis contra ipſos per Rectorem Provinciæ Patrimonii, & reſtituuntur in omnibus, & per omnia. Lib. Bul. Annor. 6. 7. 8. Gregor. XI. Epiſt. 13.

Caſtellionis. Bonifacius VIII. Anno 1301. mandat Archipresbytero Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Camerario Sedis Apoſtolicæ, & Abbati Monaſterii S. Anaſtaſii, ut procedat contra quoſdam temerè invadentes, & occupantes Caſtrum Caſtellionis aliàs S. Praxedis, & Lacum Burani in Territorio dicti Caſtri conſtitutum Tuſculan. Diœc. &c. ſpectantia, & pertinentia ad Monaſterium S. Praxedis de Urbe. Lib. Bull. Bonif. VIII. Ann. 7. 8., & 9. fol. 114.

Ioannes XXII. Anno 1322. petit informari ſuper eo, quod intellexerat diverſas fieri uſurpationes in Provincia Patrimonii, & particulariter, quòd Præfectus Urbis Caſtrum Caſtellionis occupat in grave præjudicium Sedis Apoſtolicæ. Lib. Secret. Anni 7. Joannis XXII. fol. 330. terg.

Corchiani. Sub Adriano IV. Anno 1158. Boſo SS. Coſmæ, & Damiani Camerarius, & Raymundus S. Mariç in Via lata Diaconi Cardinales ſolutis 140. libris Lucan. monetæ recuperarunt à Buccaleone, & Conſortibus ſuis Caſtrum Corchiani, de quo etiam nomine Sedis Apoſtolicæ corporaliter à d. Buccaleone inveſtiti ſunt per catenationem Portæ d. Caſtri, qui Buccaleo ſimiliter abſolvit omnes Homines illius Caſtri à juramento fidelitatis ſibi

an-

anteà facto, præcipiens eis, ut D. Adriano Papæ, ejuſque Succeſſoribus de cætero fideles exiſterent. Cenc. Card. Camerarius fol.

Benedictus XII. Anno 1335. mandat Rectori, & Theſaurario Patrimonii, ut provideat ſuper optimo regimine Civitatis Caſtren., quam nuper de manibus Tyranorum ereptam Apoſtolicæ Sedi reſtituerant. Libro Secret. Anni 1. Bened. XII. fol. 34. Caſtren. Civitatis.

Idem Pontifex Anno 1338. laudat fidelitatem, & devotionem Communitatum, & Hominum Civitatis Caſtren., atque hortatur, & monet, ut Rectorii Patrimonii aſſiſtant. Libro Secret. Ann. 4. Bened. XII. fol. 29. terg.

Urbanus V. Anno 1365. mandat Ægidio Epiſcopo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato, ut reſtituat Caſtrum Caſſiani ad Eccleſiam Bretenorien., ſpectans ad Epiſcopum Bretenorien. Lib. Secret. Anni 3. Urbani V. fol. 165. terg. Caſſiani.

Joannes XXII. Anno 1322. mandat Rectori Patrimonii, ut Caſtra Biſentii, Floriani, Porclani, S. Gemini, Lunani, Ancarani, Montis Campanæ, Formelli, Gutſelli, Podii, Canalis, S. Pancratii, Cotani, Corclani, Franciſollæ, Mirannæ, Turricellæ, & Caſtiglionis, quæ cum aliis Caſtris, & Locis rebellaverant, ad manus Sedis Apoſtolicæ revocare procuret. Lib. Secret Joan. XXII. Ann. 7. fol. 330. terg. Biſentii.

Bonifacius VIII. Anno 1298. Cùm Univerſitates, & Homines Caſtrorum Bulſeni, S. Laurentii, Gryptarum, Gradularum, & Lateræ, Caſtrorum Vallis Lacus contemnerent obſervare ordinationem quandam factam inter Sedem Apoſtolicam, & Urbevetanos, & ipſas Univerſitates pro bono, & quieto ſtatu partium ipſarum, mandat Epiſcopo, Poteſtati, & Capitaneo Urbevetan., ut compellat Univerſitates ipſas parere in omnibus Ordina- Gradularum Gryptarum, Lateræ.

dinationi prædictæ. Lib. Ann. 4. 5. 6. Bonif. VIII. ſol. 15. terg.

Joannes XXII. Anno 1320. mandat Rectori Provinciæ Patrimonii, nè permittat in aliquo vexari Communitates, & Populos Bulſenæ, Gryptarum, S. Laurentii, Lateræ, & Gradularum ab Univerſitate, & Populo Urbevetan. contra conventionis pacis initas olim inter partes ipſas tempore Bonifacii VIII. Lib. 1. Anni 5. Joannis XXII. ſol. 44. terg.

Idem Pontifex Anno 1321. mandat eidem Rectori, nè permittat Commune, & Populum Caſtri Gradularum à Viterbienſibus in aliquo moleſtari, occaſione, quod ipſi non cæpiſſent quoſdam Sicarios, qui in ipſo Caſtro Viterbienſi Civem quemdam vulneraverant, & occiderant. Lib. Secret. Anni 6. Joann. XXII. ſol. 128. terg.

Idem Joannes XXII. Anno 1333. dènuò mandat Rectori Patrimonii, nè permittat moleſtari Univerſitates Caſtrorum Bulſeni, Gryptarum, Lateræ, S. Laurentii, & Grandularum Urbevetan. Diœc. &c. ſuper concordatis per ipſos cum Civitate Urbevetana olim ſub Bonif. PP. VIII. Lib. 1. Epiſt. Ann. 17., & 18. Joann. XXII. inter Epiſtolas diverſarum formarum Epiſt. 192.

Urbanus V. Anno 1368. mandat Rectori Provinciæ Patrimonii, ut compellat omnes detinentes Bona mobilia, & immobilia ſpectantia ad Commune, & Univerſitatem Caſtri Gradolarum Vallis Lacus Urbevetan. Diœc. &c., ut ea dicta Univerſitati reſtituant. Lib. majori de Curia anni 6. Urb. V. inter Epiſtolas diverſarum formarum Epiſt. 86.

Idem Pontifex Anno 1369. ordinat ad inſtantiam Univerſitatis Caſtri Gradularum, ut ad Poteſtariam illius Caſtri non admittantur niſi perſonæ idoneæ, & ſufficientes, qualibet prorsùs venalitate remota. Lib. Ann. 7. de Cur. Urban. 5. Epiſt. 220.

Eo-

Eodem modò mandat omninò ad inſtantiam Univerſitatum Caſtrorum Lateræ, & Gryptarum Lib.ſupradicto Epiſt.223., & 224.

Clemens VII. Pſeudopontifex Anno 1378. Nobili Viro Jordano de Urſinis D. Caſtri Mareni Albanen. Diœc. &c. concedit Caſtrum S.Heliæ,Caſale S.Pecappæ, Caſale Porciani ſita propè Civitatem Nepeſin. ad Monaſterium S. Spiritus de Urbe ſpectantia; nec non Caſale Valliſcagiæ de Peſcadora, & Peſcarella in Diſtrictu Urbis, Caſtra Nemi, & Genzani Albanen. Caſale Montaugiani, Caſtrum Ardeæ, Caſtrum Florani uſque ad tertiam generationem ſub annuo Cenſu ſeptuaginta florenorum auri de Camera in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. Lib.Anni 1.Clem.VIII.ſol. S. Heliæ.

Urbanus IV. Anno 1262.caſſat, & irritat promiſſiones,& obligationes quaſdam factas per Populum Inſulæ Marthanæ Communi Civitatis Urbevetan. in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, ad quam Inſula illa cum omnibus ad eam ſpectantibus de Jure pertinebat. Lib. 1. Epiſt. Urban.IV. pars 2.ſol.6.terg. Inſula Biſentina. Inſula Marthana:

Clemens V. de Anno 1305.concedit Amenevo de Lebreto Rectori Patrimonii B.Petri in Tuſcia facultatem ordinandi, & diſponendi de Caſtellaniis, & Guberniis Caſtrorum Peritæ, Marthæ, Centum-Cellarum, Radicoſani, Inſularum Biſuntin., & Marthan., Abbatiæ ad Pontem, Bulſeni, & aliarum Terrarum, & Caſtrorum VallisLacus. Lib.Anni primi deCuria Clem.V.ſol.64. terg.

Joannes XXII. Anno 1323. mandat Rectori, & Theſaurario Provinciæ Patrimonii, ut ſe informent de modo, qui teneri poterit, & de ſumptibus neceſſariis in readificatione Caſtrorum Galeſii, & Inſulæ Marthanæ, quæ erant ferè in totum diſtructa. Lib. Sec. Anni 8. Joan.XXII.ſol.35.terg.

Gregorius XI. Anno 1371. confirmat Epiſcopo Montis Marthæ.

Fla-

Flaſconen. Gubernium Caſtri Marthæ, & Cuſtodiam Canariæ, ubi capiuntur Anguillæ. Lib. 1. Secret.Gregor. XI. fol.22.

Idem Pontifex Anno 1373. mandat Abbati majoris Monaſterii, ut provideat Epiſcopo Montis Flaſconen. de ſalario pro Caſtellania Caſtri Marthæ Montis Flaſconen.Diœceſ. &c. ſibi conceſſa ad vitam. Lib. de Curia Anni 3.Gregor.IX.fol.82.

Idem Gregorius IX. mandat Angelo Tavernini Theſaurario Provinciæ Patrimonii, ut Canariam Marthæ, ubi capiuntur Anguillæ reparari faciat. Anno 1375. Lib. Secret.Ann.5:Gregor.XI.fol.2. terg.

Montis Alti. Anno 1158. Præfectus Joannes Præfecti, & Conſortes renunciarunt omni Juri,& actioni,quam habebant adverſus Adrianum Papam IV., & Populum Romanum pro damnis ipſis illatis in bello præterito, & hoc fecerunt pro ſumma duarum milium marcharum argenti, quarum mille actualiter receperunt à d. Adriano Pontifice, pro aliis vero mille receperunt in pignus ab eodem Pontifice Jus illud omne,quod habebat Romana Eccleſia in Civitate Caſtellana, & toto ejus Comitatu, & Monte Alto, excepto eo, quod Malavolta tenebat ab eadem Sede in dicta Civitate cum obligatione reſtituendi pignus prædictum, ſtatim quod mille marchæ ipſis integrè fuerint perſolutæ. Cencius Card. Camerarius fol.135.

Anno 1195. Milo, & Ranutius Germani fratres filii qu. Joannis Caparonis, & Conſortes receptis à Cœleſtino PP. III. 125. marchis argenti, refutarunt in manibus ejuſdem Pontificis illas 125. marchas boni argenti, quas hactenus ipſis debuerat Sedes Apoſtolica, & pro quibus Adrianus Papa IV.opignoraverat quondam eorum Patri Civitatem Caſtellanam, & Caſtrum Montis Alti,reſtitueruntque liberè,& relaxarunt Sedi prædictæ Civitatem,& Caſtrum prænominatum. Cencius Card. Camerarius fol.138.

An-

Anno 1207. Innocentius III. die ultima menſis Julii in Palatio Montis Flaſconis coram Pontifice aſtantibus Cardinalibus, Prælatis, & Militibus diverſis Ildebrandinus Comes de Calmamare eidem Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ ligium homagium fecit pro Caſtro Montis Alti, & Comitatu de Roſellis, & aliis Terris, quas tenebat à Sede prædicta, & idem Pontifex inveſtivit eum immediatè de dictis Caſtris per cupam argenteam. Cenc. Card. Camer. fol. 156. ter.

Anno 1233. Univerſitates Civitatum, & Terrarum Peruſii, Tuderti, Narniæ, Ortæ, Ameliæ, Corneti, Balneoregii, Vetrallæ, Montis Flaſconis, Radicoſani, Aquæpendentis, Tuſcaniæ, Montis Alti, Interamnæ, Spoleti, Fulginei, Aſſiſii, Eugubii, Nuceriæ, Bictonicæ, Spelli, Mevaniæ, Trevii, & Cocoronis per ſuos legitimos Nuntius, & Procuratores præſtiterunt obedientiam, & juramentum fidelitatis. Gregor. Papæ IX., & Sedi Apoſtolicæ. Cenc. Card. Camer. fol. 80. ter.

Anno ſequenti 1234. Idem Greg. IX. excommunicat Senatorem, & Conſiliarios Urbis, qui à Montaltenſibus obſides receperant, Turrim ædificaverant in Territorio Caſtri Montis Alti, & ipſum Caſtrum, quod Sedis Apoſtolicæ ſpeciale eſt, per vim occupaverant in grave ejuſdem Sedis præjudicium. Lib. IV. Epiſt. Gregor. X. fol. 195. ter.

Anno 1245. Guillelmus Comes Palatinus in Tuſcia in præſentia Innocentii PP. IV. humiliter petiit Caſtrum Montis Alti, quod majores ſui tenebant alias à Sede Apoſtolica ſibi reſtitui, pro quo promittebat facere eidem Sedi fidelitatem, & alia, admiſitque Pontifex petitionem ejus, aſſerens ſe nolle Jus auferre dicti Comiti, ſi quod ei in dicto Caſtro competebat. Lib. 1. Epiſt. Innoc. IV. fol. 144.

Anno 1283. Martinus IV. mandat Communitatibus Terrarum, & Caſtrorum Tuſcanien., Balneoregien., Cor-

netan.; Centumcellen., Vetrallen., Montis Alti, Canini, Aquependentis, Radicoſani, & Proceni, ut faveant Fratri Ugoccioni Domus Militiæ Templi miſſo ad emenda blada pro uſu Palatii Apoſtolici, & Pauperum. Lib. Minori Martini IV. fol. 63.

Anno 1325. Joann. XXII. declarat Caſtrum Montis Alti eſſe Tuſcianen., & non Caſtren. Diœceſis &c. Lib. 2. Bullar. Ann. IX. fol. 312.

Anno 1378. Clemens VII. Pſeudopontifex Nobili Viro Jordano de Urſinis Domino Caſtri Mareni concedit ad tertiam generationem Caſtrum Lariani Provinciæ Campaniæ, & Caſtrum Montis Alti Provinciæ Patrimonii pro medietate ſub annuo Cenſu triginta florenorum auri de Camera in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. Lib. Ann. primi Clem. VII. fol.

Planzani.

Anno 1371. Gregor. XI. Hugolino Comiti de Corbario concedit Caſtrum Planzani tenendum nomine Sedis Apoſtolicæ uſque ad certum tempus. Lib. de Curia Anni 1. Gregor. XI. Epiſt. 131.

Idem Pontifex eodem anno extendit dicto Hugolino Comiti de Corbario conceſſionem ſibi factam de Caſtro Planzani poſt decennium primæ conceſſionis, uſquequo ſibi fuerit de quibuſdam pecuniis per Cameram Apoſtolicam ſatisfactum; dummodò interim ſolvat pro dicto Caſtro annuum Cenſum decem florenorum. Lib. de Curia Anni 1. Greg. XI. Epiſt. 379.

Valentani.

Urbanus IV. Anno 1262. Univerſis Hominibus Caſtri de Valentano, qui promiſerant dare Caſtrum eorum Urbevetanis, & annuatim ipſis ſolvere Cenſum, mandat ſub gravibus pœnis, ne id facere præſumant in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, ad quam Caſtrum illud de Jure pertinebat, revocans, & irritans quicquid factum fuerit. Lib. 1. Urban. IV. par. 2. fol. 57. ter.

Joannes XXII. Anno 1321. mandat Rectori, & Theſaurario Provinciæ Patrimonii, ut Homines Caſtri Valentani

Digitized by Google

tani liberent à ſalario Rectori concedi ſolito pro uno anno, ut poſſint reparare Caſtrum illud, quod igne in totum ferè conſumptum fuerat. Lib. Secret. Ann. VI. Jo. XXII. fol. 128. ter.

Idem Pontifex anno 1330. mandat eximi Commune, & Homines Caſtri Valentani Vallis Lacus Caſtren. Diœceſis &c. à talliis, focatico, & aliis impoſitionibus, ut exinde reficere poſſint muros Caſtri illius. Lib. 3. An. XV. Joann. XXII. Epiſt. 1410.

Benedictus XII. Anno 1337. mandat Theſaurario Provinciæ Patrimonii, ut ſe informet de impenſis hactenus factis in ædificatione murorum Caſtri Valentani Vallis Lacus, & videat quantum erit expendendum pro conſumatione dictæ ædificationis. Lib. Secret. Anni 3. Benedicti XII. fol. 68. ter.

Clemens VI. Anno 1350. Communi, & Hominibus Caſtri Valentani remittitur ad decennium Cenſus per eos ſolvi ſolitus Sedi Apoſtolicæ in refectionem damnorum acceptorum ab Inimicis Sedis prædictæ. Lib. Sec. An. IX. Clem. VI. fol. 43.

Anno ſequenti 1351. idem Pontifex innovat conceſſionem exemptionis ad decennium factam, ut ſupra Communi Caſtri Valentani. Lib. Secret. Ann. X. Clem. VI. fol. 22.

Honorius IV. Anno 1285. componit, & terminat diſcordiam vertentem inter Poteſtatem, & Commune Civitatis Viterbien. ex una, & Urſum de filiis Urſi ex parte altera ſuper Caſtris Valerani, Cornentæ novæ, & veteris, Rocchæ altæ, Corclani, & Fractæ, ac ſuper Tenimentis, & diſtrictibus Caſtrorum ipſorum, & mandat Caſtra, & loca prædicta reſtitui Urſo, quibus injuſtè fuerat expoliatus. Lib. Epiſt. Honor. IV. fol. 126. Valerani.

Similitèr componit, & difinit diſcordiam vertentem inter eumdem Urſum ex una, & Petrum de Vico ex alia ſuper Caſtris Valerani, Corbiani, Rocchæ Altæ, Tractæ,

Corclani, Suriani, Caſtellionis,& Julianelli,& pertinentiis eorum, & mandat Caſtra Valerani,& Rocchæ Altæ Urſo prædicto conſignari,& quia de Territoriorum Suriani, Julianelli, Corclani, & Caſtellionis Caſtrorum finibus, nondùm propter temporis brevitatem plenè Pontifex certificari poterat, arbitrandi, & definiendi ſuper hiis ſibi facultatem reſervat. Lib. Epiſt. Honor. IV. fol. 127.

Gregorius XI. Anno 1374. mandat Gerardo Abbati majoris Monaſterii Commiſſario Apoſtolico, ut Ludovico de Præfectus de Vico ſuper Caſtro Valerani Diœceſ.&c. Civitatis Caſtellan. faciat Juſtitiæ complementum. Lib. de Curia Anni 4. Greg. XI. Epiſt. 121.

Vici. Gregorius XI. Anno 1374. mandat Gerardo Abbati majoris Monaſterii Commiſſario Apoſtolico, ut Ludovico de Præfectis faciat Juſtitiæ complementum ſuper Caſtro Vici, & Burgo, ac Lacu Sutrin. Diœc.&c. Lib. de Curia Ann. 4. Greg. XI. Epiſt. 122.

Sub Bonifacio IX.

Abbatiæ ad Pontem. Canini. Gradu[illegible]arum. Gryptarum.

Caſtrum Abbatiæ ad Pontem conceditur in Vicariatum Berthuldo de Urſinis Comiti Suanen. pro ſe filiis uſque ad tertiam generationem finitam ſub annuo cenſu unius Canis ad Aucupia boni, ſagacis, & experti in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis de menſe Auguſti Cameræ Apoſtolicæ ſingulis Annis traden. ſub pœna caducitatis &c. Datum Romæ Kal. Decembris Anno XIII. Lib. 7. Bullar. Bonif. IX. fol. 50.

Sub Joanne XXIII.

Canini Caſtrum una cum Civitate Tuſcanien., ac Caſtris Cincellæ,& Cipiciani conceduntur in Vicariatum Tartalliæ de Lavello pro ſe filiis, ac ſucceſſoribus maſculis, & legitimis uſque ad tertiam generationem ſub annuo Cenſu unius Aſturis in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. Datum Bononiæ XV. Kal. Octobris Pontificatus Anno V. Lib. 7. Bullar. Jo. XXIII. fol. 172.

Sub

Sub Martino V.

Ildebrandino de Comitibus Domicello Romano conceduntar in Vicariatum Caſtra *Abbatiæ ad Pontem*, *Canini*, *Gradularum*, *& Grypearum* uſque ad tertiam generationem finitam ſub annuo Cenſu 25. librarum Ceræ in feſto Omnium Sanctorum. Datum Romæ IX. Kal. Martii Pontificatus Anno VIII. Lib. V. Bullar. de Curia Martini V. fol. 156.

Sub Calixto III.

Angelus Meus, Gabriel Franciſcus, & Petrus Aloyſius filii quondam Raynutii de Farneſio pro annuo Cenſu medietatis Caſtrorum *Canini*, *Gradularum*, & *Abbatiæ ad Pontem*, quæ à Domino Papa, Sanctaque Romana Eccleſia tenent in Vicariatum libras duodecim cum dimidia Ceræ albæ, ut in quietantia die 19. Januarii 1457. Pontificatus Calixti III. Anno ſecundo. Lib. 1. diverſ. Calixti 3. fol. 204.

Sub Pio Secundo.

Martinus V. conceſſit Ildebrandino de Comite pro ſe filiis, & nepotibus maſculis ex ejus corpore legitimè deſcendentibus uſque ad tertiam generationem ſub annuo Cenſu 25. librarum Ceræ in Vicariatum Caſtri *Canini*, *Gradularum*, *& Griptarum*, *ac Abbatiam ad Pontem* Montisflaſconen., & Caſtren. Diœc. &c. Altus, & alii hæredes dicti Ildobrandini vendiderunt medietatem dictorum Caſtrorum Antonio de Aragonia de Piccolomineis Nepoti Pii Secundi pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus ex recta linea deſcendentibus. Pius Secundus confirmat venditionem pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus ex recta linea deſcendentibus, & illis non exiſtentibus pro Jacobo, & Andrea de Caſtello de Piccolomineis Nepotibus ejuſdem Pii, & fratribus dicti Antonii, & ipſorum filiis maſculis recta linea deſcendentibus, & in perpetuum Vicariatum concedit ſub annuo cenſu duodecim librarum Ceræ laboratæ in feſto Omnium Sanctorum,

Da-

Datum Romæ 1464. non. Junii Pontificatus Pii Secundi An. 6. lib. 30. Bullar. ejuſdem fol. 189.

Sub Paulo Secundo.

Abbatię ad Pontem Canini. Gradularum. Lateræ. Pianzani, vel Pinzani. aliàs Pigena. Teſſenani. vel Taſſani. aliàs Teſco. Valentani.

Medietas Caſtrorum *Abbatiæ ad Pontem*, *Canini*, & *Gradularum*, una cum Caſtris *Valentani*, *Lateræ*, *Teſſenani*, & *Pianzani*, conceduntur in Vicariatum Gabrieli Franciſco, & Petro Bertuldo de Farneſiis pro ſe, & filiis, & deſcendentibus uſque ad tertiam generationem incluſivè ſub annuo Cenſu unius Crateris argentei valoris duodecim florenorum auri de Camera. Dat. Romæ 1464 12. Kal. Novembris Pontificatus Pauli II. Anno 1. Lib. Vicariat. Pii Secundi, & Pauli Secundi fol. 1.

Alia medietas Caſtrorum *Abbatiæ ad Pontem*, *Canini*, & *Gradularum* empta per prefatum Gabrielem Franciſcum, Petrum Aloyſium, & Petrum Bertuldum de Farneſio pro ſumma 5. mil. flor. auri de Camera ab Antonio de Piccolomineis Duce Amalphitan., confirmatur eiſdem Dominis de Farneſio in Vicariatum pro ſe ipſis filiis, & deſcendentibus uſque ad tertiam generationem incluſivè ſub annuo Cenſu unius Crateris argentei ponderis ducatorum octo auri de Camera in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de menſe Junii. Dat. Romæ 1464. 12. Kal. Novembris Pontificatus Pauli II. Anno 1. Lib. Vicariat. fol. 4.

Pianzani Caſtrum conceditur per Martinum V. Raynutio de Farneſio pro ſe, & filiis ex ſuo corpore deſcendentibus ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ ſub annuo Cenſu decem librarum Ceræ albæ laboratæ perſolven. Cameræ Apoſtolicæ in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli de menſe Junii. Dat. Romæ Idibus Maji Anno 5. Lib. 4. Bullar. Martini V. fol. 167.

Teſſenani Caſtri medietas per mortem Georgii Antonii de Farneſo ad Cameram Apoſtolicam devoluta, conceditur per Eugenium IV. Raynutio de Farneſio pro ſe, & filiis ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ poſſidenda, &

gu-

gubernanda ſub annuo Cenſu unius canis apti ad Aucupia. Dat. Florentiæ nonis Maji 1435. Pontificatus ſui anno 5. Lib. 18. de Curia Eugenii IV. fol. 200. terg.

Valentani Caſtrum Montis Flaſconen. Diœc. &c. conceditur per Urbanum VI. in Vicariatum Guillelmo Cordeſchi Civi Viterbien. ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ ſub conſueto annuo Cenſu Cameræ Apoſtolicæ perſolvendo. Datum Romæ 17. Kalend. Octobris Pontificatus ſui Anno 11. Lib. 2. Bullar. Urbani VI. fol. 224. terg.

Gabriel Franciſcus de Farneſio, & Fratres pro annuo cenſu *Valentani*, *Lateræ*, *Teſſenani*, & *Pianzani* florenos auri de Camera duodecim, ac etiam pro annuo cenſu alterius medietatis Caſtrorum *Canini*, *Gradularum*, & *Abbatiæ ad Pontem*, quæ à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa, & Romana Eccleſia tenent Vicariatum, florenos ſimiles octo, ſolverunt pro præſenti anno in Camera juxta conceſſionem novitèr per SanctiſſimumDominum Noſtrum Paulum Secundum eis factam, ut in quietantia die 6. Julii 1465. Lib. cenſuum fol. 6.

Similiter pro anno 1466. Lib. cenſ. fol. 12. terg.

Similiter pro anno 1468. Eodem Lib. fol. 30. terg.

Et ſimiliter pro annis 1469., & 1471. Eodem Lib. fol. 37. terg. & fol. 45.

Sub Sixto IV.

Gabriel Franciſcus de Farneſio, & ejus Fratres pro annuo canone *Valentani*, *Lateræ*, *Teſſenani*, *Pianzani*, *ac medietatis Caſtrorum Canini*, *Gradularum*, & *Abbatiæ ad Pontem* Montis Flaſconen., & Caſtren. Diœceſ. &c., ſolverunt in Camera Apoſtolica pro cenſu præſentis anni 1472. florenos viginti de Camera, videlicet duodecim pro cenſu Valentani, Lateræ, Teſſenani, & Pianzani, & octo pro medietate alia Caſtrorum Canini, Gradularum, & Abbatię ad Pontem, ut in quietantia die 14. Ju-

Julii 1472. Ann. 1. Sixti IV.. Libro Cenſuum dicti anni fol, 11. terg..

Similitèr pro annis 1437. 1474., & 1475. ſolverunt, ut ſupra. Eodem Lib. fol.21.terg.29.terg., & 43.

Petrus Aloyſius, & ejus Nepotes filii, & hæredes quondam Gabrielis Franciſci de Farneſio pro annuo Cenſu Terrarum *Valentani, ac Lateræ*, *& Teſſenani*, *& Pianzani*, nec non medietatis Caſtrorum *Canini, & Gradularum*, *ac Abbatiæ ad Pontem* Tuſcanen., & Montis Flaſconen., & Caſtren. Diœc. &c., quæ tenent in Vicariatum à Sancta Romana Eccleſia, & Camera Apoſtolica, ſolverunt pro anno proximè præterito florenos viginti auri in auro de Camera, videlicet pro Valentano, Lateræ, Teſſenano, & Pianzano, ac medietate Canini, Gradularum, & Abbatiæ ad Pontem duodecim, & reliquos octo pro altera medietate Canini, Gradularum, & Abbatiæ ad Pontem prædictorum, ut in quietantia diei 30. Maji 1477. Lib. Cenſuum fol.54.terg.

Similiter ſolverunt pro annis 1478. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483., & 1484. Eodem Lib. fol.69.74. terg. 83. terg.94.terg., & 122.

Sub Innocentio VIII.

Petrus Aloyſius, & alii ſupradicti de Farneſio ſolverunt in Camera Apoſtolica pro Cenſu præſentis anni 1485. florenos viginti auri in auro pro Caſtris *Valentani*, *Lateræ*, *Teſſenani*, *Canini*, *Gradularum*, *Abbatiæ ad Pontem*, *& Pianzani*, Tuſcanen. Diœceſ. &c., ut in quietantia die 29. Junii 1485. Lib. Cenſuum fol.4.terg.

Similiter ſolverunt pro annis 1487. 1488. 1489. 1490. 1491., & 1492. Ex eodem Lib. fol. 20. terg. 38. 90. & 90. terg.

Sub Alexandro VI.

Raynutius, & alii ſupradicti de Farneſio pro Cenſu nonnullorum eorum Caſtrorum ſolverunt in Camera Apoſtolica florenos duodecim auri in auro pro Caſtris *Valen-*

-*lentani*, *Laterae*, *Teſſenani*, & *Pianzani*, nec non medietatis *Canini*, & *Gradularum*, & *Abbatiæ ad Pontem*, & florenos octo pro reliqua medietate Canini, Gradularum, & Abbatiæ ad Pontem, ut in quietantia die 28. Junii 1493. Lib. Cenſuum fol. 7. ter.

Similiter ſolverunt pro annis 1494. 1495. 1496. & 1497. Eodem Lib. fol. 13. terg. 17. terg. 20. ter. 27. ter.

Sub Julio Secundo.

Domini de Farneſio pro cenſu nonnullorum Caſtrorum, quæ tenent in Vicariatum à S.R.E., & à Sede Apoſtolica ducatos viginti auri in auro de Camera per manus Ludovici Zephiri die 28. Junii 1505. Lib. Cenſuum fol. 63.

Similiter pro annis 1507., & 1510. fol. 70. ter. & 80. ter.

Sub Leone Decimo.

Alexander Cardinalis de Farneſio pro ſe ipſo, & D. Galeatio Farneſio pro cenſu præſentis anni Caſtrorum, & locorum, quæ tenent in Vicariatum à Romana Eccleſia ſolvit ducatos viginti auri in auro Cameræ Apoſtolicæ per manus Ludovici Zephiri die 29. Junii 1512. Lib. Cenſuum fol. 97. ter.

Caſtra *Canini*, *Abbatiæ ad Pontem*, *Gradularum*, *Marthæ*, *Valentani*, *Lateræ*, *Pianzani*, & *Teſſenani* per diverſos Pontifices ſub diverſis cenſibus variè conceſſa Dominis de Farneſio, nunc conjunctà ſimul, & ſub unico cenſu unius crateris argentei valoris duodecim florenorum, conceduntur Alexandro S. Euſtachii Cardinali Farneſio, & Petro Aloyſio ejus filio naturali legitimato pro ſe ipſis eorum filiis, & deſcendentibus, & ſucceſſoribus legitimis, & naturalibus, ac legitimatis, & pro fœminis etiam in perpetuum ſervata prærogativa perſonarum. Datum Romæ Anno 1513. 9. Kal. Junii Pontificatus primo. Lib. 6. diverſ. Leonis X. fol. 14.

Sub Urbano VI.

Caſtellania Caſtri *Marthæ* conceditur per Urbanum VI. Silueſtro Gatto Viterbien. ad beneplacitum Sedis Apoſtoli- Marthæ Montis Alti.

D ſtoli-

ſtolicæ. Dat. Lucæ 6. Idus Junii Pontificatus anno 10. lib.2. Bullar. Urbani VI. fol. 128.ter.

Sub Innocentio VII.

Marthæ Caſtrum conceditur per Summum Pontificem in Vicariatum Paulo qu. Franciſci de Urſinis pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & legitimis uſque ad tertiam generationem incluſivè ſub annuo cenſu unius canis ad Aucupia in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, nec non militare ſubſidium, & alia ſervitia in conceſſionibus dudum per fel.rec.Innocentium PP.VI., & alios Romanos Pontifices prædeceſſores, ſeu de eorum mandato per Apoſtolicæ Sedis Legatos factis, præſtare teneantur.

Sub Alexandro V.

Paulo de Urſinis Domicello Romano confirmatur Vicariatus eidem conceſſus per Gregorium XII. Civitatis *Tuſcanien.*, & Caſtrorum *Marthæ*, *Colliſcipionis*, *Canini*, & *Montis Alti* pro ſe, ſuiſque hæredibus maſculis, & legitimis uſque ad tertiam generationem. Datum Piſis Kal.Septembris Anno primo. Lib.Vicariat.Alex.V. fol.30.ter.

Greg.XII.eidem Paulo concedit in Vicariatum Civitatem *Tuſcanien.*, & *Caſtrum Marthæ*, Viterbien.Dioec.&c.pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus uſque ad quinquennium finitum ſub annuo cenſu unius canis bonis ad Aucupia cum Rethe in feſto Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ad præſens pro toto tempore dictorum quinque annorum ad rationem mille florenorum auri deCamera pro quolibet anno, & ſic quinque millia florenorum auri, necnon militare ſubſidium, & alia ſervitia in conceſſionibus Pontificum Romanorum prędeceſſorum contenta, ac etiam ad ſolutionem tallerarum pro ſtipendiis armigerarum gentium impoſitarum, & imponendarum. Dat.Romæ apud S.Petrum 7. Idus Auguſti Anno 1.Lib.1.Bullar.Greg.XII.fol.84.

Sub

Sub Joanne XXIII.

Paulo de Urſinis ſupradicto confirmatur per Pontificem, conceſſio eidem facta per Alexandrum V. in Vicariatum Civitatum Narnien., & Tuſcanien., ac Caſtrorum *Montis Alti, Marthæ, Colliſcipionis, & Canini* Narnien., Tuſcanien., & Montis Flaſconen. Diœc. &c. Dat. Bononiæ 10. Kal. Februarii, Pontificatus anno 1. Lib. 3. Bullar. Joannis XXIII. fol. 138.

Sub Martino V.

Theſaurario Provincię Patrimonii mandatur, ut confirmet privilegia Caſtri *Montis Alti*, & præſertim Gabellarum, & Paſcuorum. Dat. Florentiæ nonas Octobris Pontificatus Anno ſecundo. Lib. 1. Offic. Martini V. fol. 166. terg.

Tartalliæ de Lavello conceduntur per Summum Pontificem in Vicariatum Caſtra *Marthæ*, *Montis Alti*, *Caſtri Eraldi*, *Abbatiæ ad Pontem*, *Muſſignani*, *Pianzani*, *Caſtri Grondæ*, & *Caſtri Cardinalis* ad triennium ſub annuo cenſu unius libræ argenti puri in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. Datum Florentiæ nonas Octobris Pontificatus Anno ſecundo. Lib. 1. Offic. Martini V. fol. 166. terg.

Tuſcanien. Civitas in Comitatum erecta unàcum Caſtris *Montis Alti*, *Abbatiæ ad Pontem*, Caſtro Eraldi, Caſtro Cardinalis, Caſtro Grondæ, & Caſtris *Canini*, Cipriani, Cincellæ, *Pianzani*, & Muſignani ſimul unitis, ità quod ſic nuncupentur perpetuò Comitatus Tuſcanellæ, conceduntur in Vicariatum Tartalliæ de Lavello pro ſe filiis natis, & qui naſcerentur ab illis maſculis legitimis, & naturalibus. Nihil dicit de cenſu. Datum Romæ 6. Idus Septembris Anno quarto. Lib. 2. Offic. Martini V. fol. 152.

Univerſitati, & Hominibus Caſtri *Montis Alti* conceditur Indultum, ut uſq; ab biennium cogi non poſſint ad ſolutionem cujuſcumq; debiti per eos contracti, & venien-

tibus de novo ad habitandum in eodem loco, idem privilegium conceditur uſque ad quadriennium. Datum Romæ 11. Kal. Martii Anno 5. Lib. 4. de Curia Martini V. fol. 25. terg.

Eiſdem Communi, & Hominibus conceduntur Bona omnia, & Poſſeſſiones, ac Vineæ poſitæ in Territorio dictæ Terræ, ſeù Caſtri, ut illis poſſint uti, frui, & gaudere, & ad culturam reducere. Datum, ut ſupra eodem Libro fol. 26.

Lucæ de Monaldenſibus conceditur per Summum Pontificem facultas reparandi Roccham Marthæ expenſis Cameræ Apoſtolicæ, dummodò tales expenſæ non excedant ſummam mille florenorum auri de Camera. Datum Romæ 8. Idus Novembris Pontificatus Anno 5. Lib. 4. Bullar. de Curia Martini V. fol. 133.

Lucas de Ilperinis Clericus Cameræ Apoſtolicæ deputatur per Martinum V. Commiſſarius ad recipiendam poſſeſſionem *Rocchæ, & Caſtri Marthæ*, Montis Flaſconen. Dioec. &c. de manibus Agneſellæ Uxoris olim Tartaliæ de Lavello, & concordandum cum eadem ſuper dote prætenſa in dicto Caſtro. Datum Romæ Anno 1430. die 7. Julii Pontificatus Martini V. Anno 13. Lib. 9. divers. Martini V. fol. 79. terg.

Teſtimoniales litteræ de conſignatione Caſtri *Marthæ*, & *ejus Rocchæ* facta ſupradicto Lucæ de Ilperinis die 25. Julii 1430. Lib. ſupradicto fol. 87. terg.

Sub Eugenio IV.

Raynutio de Farneſio, qui pro neceſſitatibus Pontificis ſublevandis, liberalitèr Papæ mutuaverat 4. mil. floren. auri de Camera, conceditur per Eugenium IV. gubernium *Caſtri Marthæ* ad quinquennium finitum, & ſi dicto quinquennio non finito pecuniæ ſupradictæ ſibi reſtitutæ fuerint, nihilominus ipſe tenere poſſit Caſtrum *Marthæ* uſque ad dicti quinquenni finem, & ultra etiam uſque ad totalem dictarum pecuniarum reſtitutionem.

Da-

Datum Romæ Anno 1432. Pontificatus 2. Lib. 17. Bullar. Eugen. IV. fol. 18. terg.

Sub Nicolao V.

Ranutio quondam Petri de Farneſio Domicello Tiraſonen. conceduntur fructus, & redditus omnes Caſtri *Montis Alti* Viterbien. Diœceſ. &c. pro ſumma 9. mil. florenorum ſibi à Camera Apoſtolica debitorum, ut ex Bulla ſub Datum Romæ Anno 1447. 18. Kal. Novembris Pontificatus Nicolai V. Anno 1. Lib. 22. Bullar. Nicolai V. fol. 192. Quæ Bulla poſtea fuit caſſata de mandato Sanctiſſimi Domini Papæ, quia ſatisfactum eſt Raymundo, reſtituitque Caſtrum Montis Alti Cameræ Apoſtolicæ.

Angelus Meus quondam Raynutii de Farneſio citatur ad reſtituendum Romanæ Eccleſiæ Caſtrum *Marthæ* Montisflaſconen. Diœc. &c. cum Piſcaria, ſive Canaria, quod tenet in pignus à Camera Apoſtolica die 2. Auguſti 1452. Lib. diverſ. Nicol. V. fol. 16.

Laudum ſuper Caſtro *Marthæ*, & ſententia diffinitiva in lite vertente ſuper dicto Caſtro inter Cameram Apoſtolicam ex una, & Magnificos Viros Angelum Meum, Gabrielem Franciſcum, & Petrum Aloyſium fratres filios qu. Raynutii de Farneſio ex altera parte. Actum Romæ Anno 1454. die 2. Auguſti Pontificatus Nicolai V. Anno 8. Lib. ſupradicto fol. 111.

Sub Calixto III.

Communi, & hominibus Terræ *Montis Alti* relaxantur de introitus, & proventibus pertinentibus ad Cameram Apoſtolicam centum ducati auri de Camera pro reparatione murorum dictæ Terræ. Datum Romæ 1445. 6. Non. Maji Pontificatus Anno primo. Lib. 1. de Curia Calixti III. fol. 50.

Sub Pio II.

Caſtrum *Marthæ* impignoratur Nobilibus Viris Angelo Meo, & Gabrieli Franciſco, ac Petro Aloyſio de Farne-

fio

ſio fratribus Domicellis Caſtren., & Montis Flaſconen. Dioec.&c.pro ſumma 6. mil. flor. auri de Camera, donec & quouſque de dicta ſumma ſex millium florenorum fuerint integrè ſatisfacti. Dat. Romæ Anno 1461. Nonas Maji Pontificatus Anno tertio. Libro Vicariat. Nicol. V. Calixti Tertii, ſub Leone Decimi, & Pii Secundi fol. 120.

Caſtra *Marthæ*, *Gradularum*, *Abbatiæ ad Pontem*, *Canini*, *Valentani*, *Latéræ*, *Pianzani*, & *Teſſenani* per diverſos Pontifices ſub diverſis cenſibus variè conceſſa Dominis de Farneſio, nunc conjuncta ſimul, & ſub unico cenſu unius crateris argentei valoris duodecim florenorum, conceduntur Alexandro de Farneſio Cardinali S. Euſtachii, & Petro Aloyſio ejus filio naturali legitimato pro ſe ipſis eorum filiis, & deſcendentibus, & ſucceſſoribus legitimis, & naturalibus, ac legitimatis, & pro fœminis etiam in perpetuum ſervata prærogativa perſonarum: Datum Romæ Anno 1513. 9. Kal. Junii Pontificatus primo. Lib. 5. Bullar. Secret. Leonis X. fol. 14., & lib. Brevium Anni 1514. fol. 37.

Sub Paulo Tertio.

Camera Apoſtolica Terram *Montis Alti* cum Piſcina, aliàs Valſinguinara, Macchia dell'Orto, Caſtellaria, Banticella, Malferante conceſſit Petro Aloyſio Farneſio pro ſe, ſuiſque filiis, & nepotibus ex linea maſculina deſcendentibus uſque in quartam generationem incipien. à filiis ſuis in feudum nobile ſub annua reſponſione unius crateris argentei unius libræ, cum pacto confirmandi finita generatione. Paulus III. ſupradicta omnia confirmat 12. Kal. Januarii 1535. Lib. 1. diverſ. Pauli Tertii fol. 239.

Petrus Aloyſius Farneſius præſtitit fidelitatis juramentum pro Oppido *Montis Alti* in feudum aliàs ſibi conceſſo coràm Uberto Gambaro Epiſcopo Terdonen. Clerico Cameræ deputato die 13. Februarii 1537. Lib. 31. diverſ. Clem. VII. fol. 134.

Sub

Sub Urbano V.

Anno 1368. Raynutium, & Putium quondam Colæ de Parneto conſtituit Rectores, & Gubernatores Caſtri *Valentani*, & pertinentiarum ipſius uſque ad quatuor annos. Libro minori de Curia Ann. 6. Urbani Quinti Epiſt. 14. Valentani.

Sub Urbano VI.

Valentani Caſtrum Montis Flaſconen. Diœc. &c. conceditur per Summum Pontificem in Vicariatum Guillelmo Cordeſchi Civi Viterbien. ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ ſub conſueto annuo cenſu Apoſtolicæ Cameræ perſolvendo. Datum Romæ die 17. Kal. Octobris Pontificatus Anno 11. Libro 2. Bullar. Urbani VI. fol. 224. terg.

In reliquis habes ſupra, & infra in annotationibus in margine ſuper dicto Caſtro.

Sub Eugenio IV.

Communi, & Hominibus Caſtri *Canepinæ* committitur ex parte Pontificis, ut mittant ad Civitatem Ortan. 70. Milites pedites, ibi enim colligebatur Exercitus Romanæ Eccleſiæ proceſſurus ſub Cardinali Legato ad debellandum Nicolaum de Stella Sedis Apoſtolicæ hoſtem acerrimum. Datum Romæ Anno 1433. die 17. Auguſti Pontificatus Eugenii IV. Anno 4. Lib. 2. diverſ. Eugenii IV. fol. 210. Canapinæ.

Sub Paulo Tertio.

Caſtrum *Canepinæ* Viterbien., ſeu alterius Diœc. &c. ad Sedem Apoſtolicam, & Romanam Eccleſiam ſpectans, & ſub Gubernio Joannis Epiſcopi Albanen. Cardinalis Salviati exiſtens, Paulus Tertius donavit, & elargitus fuit Petro Aloyſio de Farneſio Duci Caſtren. pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque cum omnibus, & ſingulis Juribus, & pertinentiis ſuis. Dat. Romæ Anno 1543. nono Kal. Aprilis Pontificatus 10. Lib. 195. Bullar. Pauli Tertii fol. 147.

Ca-

Digitized by Google

Camera Apoſtolica vigore ſupradictæ donationis mandat immitti in poſſeſſionem Caſtri *Canapinæ* eumdem Petrum Aloyſium Farneſium Ducem Caſtren. pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcumque. Die 2. Aprilis 1544. Lib. 54. diverſ. Pauli Tertii fol. 41. terg.

Sub Calixto Tertio.

Capraroliæ. Corchiani Valerani. Burgi S. Leonardi, aliàs Burghetti. Tenutæ Falareſæ. Fabricæ.

Petro Ludovico de Borgia creato per Summum Pontificem Almæ Urbis Præfecto conceduntur in Vicariatum Terræ, & Caſtra *Capraroliæ*, Civitæ Vetulæ, Montagnolæ, Vetrallæ, Carbognani, Rimpagnani, Orclæ, Tulphæ, Novæ, Julianelli, Montis Romani, *Valerani*, & alia, quæ ad officium Præfecturæ Almæ Urbis olim ſpectabant, quæ loca Cameræ Apoſtolicæ jàm confiſcata fuerant, & nunc officio prædicto reſtituuntur ſub annuo cenſu unius tazzæ argenteæ ponderis unius libræ in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de menſe Junii. Datum Romæ anno 1458. pridiè Kal. Auguſti, Pontificatus Calixti Tertii anno 4. Lib. Vicariat. Calixti Tertii fol. 80. ter., & 82.

Sub Paulo Secundo.

Communi, & Hominibus Caſtri *Capraroliæ* confirmantur Statuta omnia, privilegia, & immunitates; & conceditur eis, ut Territoria *Vici*, *& Caſalis*, *& Caſemalæ* ſibi à qu. Everſo Comite de Anguillaria uſurpata, teneant, & poſſideant. Redditur Furni, & Molendini conſtruendi eis conceduntur in perpetuum. Datum Romæ 1465. 10. Kal. Octobris Pontificatus 2. Lib. 2. Bullar. Pauli Secundi fol. 33.

Sub Eugenio IV.

Corchiani.

Communi, & Hominibus Caſtri *Corchiani* remittuntur Gabellæ Salis, & Focatici à die mortis Martini V. ad diem initæ, & concluſæ pacis inter Eugenium IV., & Antonium de Columna. Romæ 1432. die 13. Martii Pontificatus Eugenii IV. anno 2. Lib. 1. diverſ. Eugenii IV. fol. 191.

Sub

Sub Paulo II.

Communi, & Hominibus Caſtri *Corchiani* confirmantur omnia privilegia, & immunitates Anno 1465. Kal. Septembris, Pontificatus Anno primo. Lib. 2. Bull. ejuſdem Pontificis fol. 28. ter.

Sub Sixto IV.

Communi, & Univerſitati Caſtri Corchiani conceditur, & aſſignatur per Summum Pontificem pars quædam Tenutæ, & Tenimenti Caſtri *Aliani* diruti ſub quibuſdam pactis, & conditionibus. Anno 1477. Idibus Junii, Pontificatus Sixti IV. Anno 6. Lib. 29. Bullar. Sixti IV. fol. 93. ter.

Corchianum, ejuſque redditus dantur in pignus per Cameram Apoſtolicam Cardinali Rothomagen. Camerario cum aliis Caſtris, & bonis ſub die 14. Octobris 1478. Lib. 2. Capitulor. Sixti IV. fol. 128.

Camera Apoſtolica mittit Simonem Servientem armorum ad capiendam poſſeſſionem Caſtri *Corchiani* die 27. Junii 1483. Lib. 4. diverſ. Sixti IV. fol. 68. ter.

Sub Innocentio VIII.

Paulus de Urſinis, & Virginius de Urſinis rogarunt Papam, ut ſcriberet Urbis Præfecto adhoc, ut ſuperſederet in expurgatione *Corclani*; ſcribit, ut ſuperſedeat ſi res ſibi ſecura videtur 6. Februarii 1485. Lib. 1. Brevium Innoc. VIII. fol. 117. ter.

Receptio Caſtri Corchiani facta à Præfecto Urbis die 8. Februarii 1485. Eodem libro fol. 120.

Sub Leone X.

Leo Decimus aſſerit Caſtra *Corchiani*, & Galleſii per obitum Pauli de Urſinis eſſe devoluta ad Cameram Apoſtolicam, & compatiens Catherinæ filiæ dicti Pauli aſſignat illi quatuor ducatos auri menſtruos pro ſe, & filiis à Camera Apoſtolica perſolvendos die 31. Martii 1514. Libro primo diverſ. Leonis X fol. 126. ter.

Sub Calixto III.

Valentani.

Calixtus III. committit Gregorio Epiſcopo Lauſanen. Vice-Camerario, ut vendat Caſtra Valerani, Carbonºani, necnon Territorium, & Caſtrum dirutum Riſpampani cum Arce Montis Romani Campi Mauris, Hoſpitali S. Spiritus in Saxia pro 12. mil. florenis. Datum Romæ 4. Kal. Auguſti 1456. Lib. 9. Bullar. Calixti III. fol. 181. terg.

Idem Calixtus mandat immitti in poſſeſſionem Præceptorem Sancti Spiritus in Saxia Caſtrorum Carbognani, *Valerani*, & Iulianelli Civitatis Caſtellan. Dioec. &c. cum Arce Riſpampani, & ejus Tenimentis, & Tenimento Montis Romani Campi Majoris, quæ omnia Camera Apoſtolica dicto Hoſpitali vendiderat. Datum Romæ 10. Kal. Septembris 1456. Lib. 23. Bullar. Calixti Tertii fol. 214. ter.

Idem Pontifex Petro Ludovico de Borgia Almæ Urbis Præfecto dedit, & conceſſit Caſtra Julianelli, *Valerani*, Carbognani, necnon Territorium, & Caſtrum dirutum Riſpampani cum Arce Montis Romani Campi Maris loca ad Præfecturæ dignitatem legitimè ſpectantia, ideoque mandat Hoſpitali S. Spiritus, cui cùm pacto de retrovendendo fuerant vendita, pretium reſtitui, & dicto Petro Ludovico aſſignari. Datum Romæ pridie Kal. Auguſti 1458. Lib. Vicariat. Nicol. V. Calixti Tertii, & Pii Secundi fol. 71.

Sub Sixto IV.

Camera Apoſtolica die ultima Martii 1478. vendit in perpetuum Innocentio Flavio Præceptori S. Spiritus in Saxia pro Hoſpitali Caſtrum *Valerani* in Provincia Patrimonii B. Petri in Tuſcia Tuſcanen. Dioec. &c. pro pretio floren. 1400. auri in auro de Camera, ut in venditione. Tom. 2. Capitulor. Sixti IV. fol. 241.

Quam venditionem confirmat Sixtus IV. nonis Martii 1479. Lib. 47. Sixti IV. fol. 241.

Sub

Sub Paulo III.

Franciſcus de Candidis Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia Commendator, Corchianum Burgum, ſeu Burgettum S.Leonardi,& *Valeranum*, ac Caſale, ſeu Tenutam Falareſe, quod tunc poſſidebat Lucretia de Ruvere Uxor qu.Marci Antonii de Columna ad ejus vitam, & Palatium Faliſcum, Fabricam Ortanæ, ſeu Caſtellanæ Dioec.&c., permutavit dicta loca cum Tenutis Pollidori,Statuæ, Temolcti, & uno Secretariatu Apoſtolico, quas Tenutas ex permutatione obtinuerat Camera Apoſtolica ab Alexandro Card.Farneſio S.Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Vice-Cancellario uti Monaſterii ad Aquas Salvias Commendatario die 8.Januarii 1539. lib. 16. Inſtrum. Cameral. fol. 33., & latius. lib.17. fol.26., & fol.140., & lib.18.fol.53.,& ſeq. Valerani. Burgi S. Leonardi. aliàs Burghetti. Tenutæ Falareſæ. Fabricæ.

Camera Apoſtolica mandat tradi poſſeſſionem dictorum Caſtrorum,& locorum, videlicet Corchiani, *Valerani*, Burgi S.Leonardi, ac Tenutæ Falareſæ, Petro Aloyſio Farneſio Duci Caſtren., cui eadem Camera Apoſtolica dictaCaſtra vendidit pro certo pretio inter Pręſidentes, & Clericos Cameræ convento,& recepto, ut in mandato expedito die 8. Februarii 1539. Lib.21. diverſ.Pauli III. fol. 70., & lib.16. Inſtrum. Camer. fol. 60., & lib.17.fol.26., & 166., & lib.18.fol.165., & 175.

Sub Pio Secundo.

Pius Secundus concedit Communitati Æſii in perpetuum Vicariatum Caſtri *Muſciani* cum Curia Caſtri olim *Caſſiani* diruti pro recompenſa damnorum paſſorum à Sigiſmundo Pandulfi Malateſta ſub cenſu decem florenorum auri de Camera pridie Kal. Maji 1461. Lib. 1. Bullar.Secret.Pii II.fol.52.ter. Muſciani. Caſſiani.

Sub Clemente VII.

Caſtrum *Roncilionis* Sutrinæ Dioec. &c. fuit conceſſum ad vitam Alexandro Epiſcopo Oſtien. Cardinali Farneſio, & quia ſolvit ſcuta 2. mil. fuerunt illi conceſſi redditus Roncilionis.

Salis ex dicto Caſtro, & quatenus non ſufficerent ex redditibus Salis Caſtri Caprarolæ die 23. Maji 1530. Lib 23. diverſ. Clem. VII. fol. 190. ter.

Pro Caſtro Roncilionis ad faciendum homagium Summo Pontifici anno 1496.

Sub Julio Secundo.

Vici. Caſemalæ. Canini. Gradularum. Abbatię ad Pontem. Valentani. Lateræ. Pinzani. Caſſiani. Taſſani. Marthæ. Rocca Canarii.

Cardinalis Alexander de Farneſio pro cenſu præſentis anni *Caſtri Vici*, & *Tenutæ Caſemalæ* ſolvit in Camera Apoſtolica libras quatuor ceræ albæ laboratæ, ut in quietantia die 28. Junii 1510. Lib. cenſuum fol. 80. terg.

Sub Leone X.

Idem Alexander Cardinalis Farneſio pro cenſu præſentis anni *Caſtri Vici*, & *Tenutæ Caſemalæ* ſolvit in Camera Apoſtolica libras quatuor ceræ albæ laboratæ per manus Ludovici Zephiri die 19. Junii 1512. Lib. Cenſ. fol. 97. terg.

Sub Paulo Tertio.

Paulus Tertius quietat Petrum Aloyſium Farneſium de omnibus Cenſibus, ſeù laudemiis Cameræ Apoſtolicæ, vel alteri debitis ratione *Canini*, *Gradularum*, *Abbatiæ ad Pontem*, *Valentani*, *Lateræ*, *Pianzani*, *Caſſiani*, *Taſſani*, *Marthæ*, *Rocca Canarii*, *Vicique*, & *Caſemalæ*, remittit omnem caducitatem, tàm ex cauſa non ſolutionis cenſuum &c., quàm alia de cauſa etiam inexcogitabili, concedit, ut dicta loca ob ſolutionem non cadant in commiſſum, ſed ad duplicatum cenſuum non ſolvens teneatur. Item concedit, ut non cadant in commiſſum ob aliquod crimen, excepto læſæ Majeſtatis, ut in Motu proprio regiſtrato in lib. 29. diverſ. Clem. VII., & Pauli III. fol. 138.

Sub Nicolao V.

Nepis.

Nicolaus Vice-Camerarius intimat Latino Cardinali Urſino de Urſinis, & Dulcio Comiti Anguillariæ ſe depoſuiſſe florenos 10. mil. in Banco Coſmæ de Medicis pro to-

totidem, quæ ipſi Cameræ Apoſtolicæ mutuaverunt, & monet ad illos recipiendum. Et quia pro dicto mutuo fuerat illis data in pignus per Eugenium IV. Arx Nepeſina, & Fortalitia, & Tenimenta Montis Roſoli, & *Inſulæ*, mandat, ut ſupradicta omnia reſtituant intra quindecim dies, ut in mandato ſub die 23. Januarii 1449. Lib. 1. diverſ. Nicol. V. fol. 97. Montis Roſciani Inſulæ.

Urſinus de Urſinis conſtituit Procuratorem D. Amicum de Jonte ad reſignandum, & conſignandum tertiam partem Arcis Nepeſinæ ſibi per Eugenium IV. pignoratam, Laurentio Alterio Civi Romano Papæ Commiſſario die 1. Martii 1449. Lib. 1. diverſ. Nicol. V. fol. 104.

Latinus Cardinalis Urſinus de Urſinis, Dulcius Comes Anguillariæ conſignarunt dicto Laurentio realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem, ac Tenutam Civitatis, & Caſtri Nepeſin. cum pertinentiis ſuis per traditionem Clavium, & juramentum fidelitatis Civim habitatorum, & Incolarum in Inſtrumento deſcriptorum, & receperunt florenos 84. pro munitionibus in Caſtro repertis, ut in Inſtrumento die 12. Martii 1449. Lib. 1. diverſ. Nicol. V. fol. 104. terg.

Latinus Cardinalis ſupradictus quietat Cameram Apoſtolicam de floren. 1155. habitis pro reſtitutione Arcis Nepeſinæ ſub die 6. Septembris 1451. Lib. ſupradicto fol. 201. terg.

Sub Urbano VI.

Caſtren. Civitatis Vicariatus conceditur ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ Raynerio de Baſchio Militi Terdonen. 4. Idus Decembris Pontificatus Urbani VI. Anno 11. Lib. 2. Bullar. Urbani VI. fol. 254. Caſtren.

Sub Martino V.

Angelo de Vitelleſibus Domicello Cornetan. conceditur Podeſtaria Civitatis *Caſtren.* ad ſex menſes. Datum Romæ 3. Kal. Martii Pontificatus Anno 4. Lib. 2. offic. Martini V. fol. 126. terg.

An-

Antonius Vannis Petrucii de Nurſia conſtituitur Poteſtas Civitatis *Caſtren.* ad ſex menſes Kal. Octobris anno 5. Eod. Lib. fol. 225. terg.

Carolus de Aldoyno de Salerno conſtituitur Poteſtas *Caſtri, ejuſque Comitatus* Territorii, & Diſtrictus ad ſex menſes 15. Kal. Martii Pontificatus anno 6. Eodem Lib. fol. 255. terg.

Anticus Antonii Amici de Belhominis Domicellus Romanus deputatur Poteſtas *in Civitate Caſtri &c.* ad ſex menſes poſt finitum officium Caroli de Salerno, ut ſuprà conſtituto 5. Kal. Octobris Pontificatus anno 6. Eodem Lib. fol. 272.

Thomas Ser Laurentii de Cardinaliſchis de Amelia conſtituitur Poteſtas *in Civitate Caſtren.*, ejuſque Diſtrictu ad ſex menſes 8. Kal. Decembris anno 7. Lib. 3. offic. Martini V. fol. 6. terg.

Angelus Jacobi de Vitellenſibus Domicellus Cornetan. conſtituitur Poteſtas in *Civitate Caſtren.*, ejuſque Diſtrictu ad ſex menſes 11. Idus Februarii anno 7. Eodem Lib. fol. 14. ter.

Laurentius Salvati de Paliano Præneſtin. Diœc. &c. conſtituitur Poteſtas *in Civitate Caſtren.* &c. ad ſex menſes 17. Kal. Aprilis Anno 8. Eodem libro fol. 101.

Joanni Petri de Civitate Narnien. conceditur Poteſtaria *Civitatis Caſtren.* ad ſex menſes Idibus Octobris Anno 8. Eodem libro fol. 140.

Joannes Laurentii de Magliano creatur Poteſtas in Civitate *Caſtren.* ad ſex menſes 7. Idus Maji Anno 9. Eodem libro fol. 250. ter.

Nicolao Ser Joannis de Tuderto conceditur Poteſtaria *Civitatis Caſtren.* ad ſex menſes. Datum Viterbii die 25. Septembris Anno 1420. Pontificatus 3. Lib. 3. diverſ. Martini V. fol. 206.

Sub Eugenio IV.

Joannes Petri Pucciarelli conſtituitur Poteſtas in Civitate

Ca-

Caſtren. pro Romana Eccleſia ad ſex menſes. Datum Florentiæ Anno 1534. 4. Idus Julii, Pontificatus 4. Libro 3. Bullar. de Curia Eugenii IV., ſive 18. fol. 5. terg.

Univerſitati, & hominibus Civitatis *Caſtren.* committitur ex parte Pontificis, ut mittant Hortam 100. Milites pedites ad debellandum Nicolaum de Stella Summi Pontificis Hoſtem accerrimum Anno 1433. die 17. Auguſti, Pontificatus Anno Tertio. Lib. 2. diverſ. Eugen. IV. fol. 210.

Sub Nicolao V.

Jacobus de Aſcagniano conſtituitur Poteſtas Civitatis *Caſtren.* ad ſex menſes Anno 1448. 4. Kal. Junii Pontificatus ſecundo. Lib. 1. Offic. Nicol. V. fol. 180.

Sub Paulo Tertio.

Lucretia de Ruere de Columna obtinuit ſententiam favorabilem in Camera Apoſtolica ſuper Caſtro Fraſcati contra Comitem Hieronymum de Eſtotovilla. A Lucretia emit Petrus Aloyſius de Farneſio d. Caſtrum Cameræ Apoſtolicæ ceſſit dicto Petro Aloyſio Civitatem *Caſtri*, *& Caſtellum Gryptarum* Montis Flaſconen., ſeu Tuſculan. Dioec. &c. Petrus Aloyſius ceſſit Cameræ Apoſtolicæ Caſtrum Fraſcati, ut in permutatione die 7. Martii 1537. Lib. 16. Inſtr. Cam. fol. 3., & Lib. 17. fol. 125. ter., & lib. 18. fol. 20., & fol. 67.

Mandatum Procuræ, & Breve Pauli III. de capienda, & tradenda poſſeſſione *Civitatis Caſtri*, & loco *Gryptarum* Petro Aloyſio Farneſio 18. Martii 1537. Lib. 17. Inſtrum. Cam. fol. 130.

Num. III.

Breve Pauli III. pro Inveſtitura Horatii Farneſii in Ducatu Caſtri.

Paulus &c. Motu proprio &c. Quia poſtquam Nos præteritis annis ex cauſis tunc expreſſis animum noſtrum moventibus Civitatem Caſtren. in Ducatum erexeramus, pro effectuque erectionis, & docere Ducalis dignitatis hujuſmodi eidem ſic erecto Ducatui complura

Op-

Oppida,Terras,Caſtra,& Loca,tam quę antiquitus fuerant Domus, & Familiæ noſtræ Farneſiæ, quàm alia quędam recentèr acquiſita tunc expreſſa univeramus,& applicaveramus, ac Ducatum ipſum bo: mem: Petro Aloyſio Farneſio tunc S. R. E. Confalonerio, & Gentium armorum noſtrarum, & Sedis prædictæCapitaneo generali pro ſe, & dilecto filio ipſius Petri Aloyſii nato Octavio Farneſio nunc Parmæ, & Placentiæ Duce &c. in perpetuum conceſſeramus, præfatuſque Octavius poſteà factus, & exiſtens Dux Camerini, & perpetuus Gubernator Civitatis Nepeſis, ad hoc ut prædictus Petrus Aloyſius ejus Genitor facilius à nobis, & Sede prædicta inſeudationem,& inveſtiturarum Civitatum Parmæ,&c. Placentiæ, & aliorum Locorum cum ipſis Civitatibus per Nos poſteà in unum alium Ducatum Parmę,& Placentiæ nuncupatum erectorum obtineret,DucatumCamerini,& Civitatem Nepeſis prædictam Sedi prædictę, & ejus Cameræ Apoſtolicæ in manibus dilectorum filiorum Guidonis Aſcanii Diaconi Cardinalis Camerarii,Pręſidentiumque, & Clericorum Cameræ prædictæ renunciaverat, & dimiſerat, ipſeque Petrus Aloyſius, quem de dicto tunc noviter erecto Parmæ,& Placentiæ Ducatu unàcum eodem Octavio ordine ſucceſſivo inveſtiteramus. Volens erga eumdem filium gratum animum oſtendere, communicato etiam nobiſcum conſilio, ac nobis volentibus, & approbantibus, ex tunc DucatumCaſtrenſem prędictum cum omnibus illius membris dependentibus, & pertinentiis univerſis prædicto Octavio conſignaverat, & dimiſerat, certis tamen inter eos deſuper nobis etiam ſimilitèr volentibus,& videntibus,adjectis pactis,& conditionibus &c., & idem Horatius à nobis, prout de jure tenetur ſeudum Ducatus Caſtren. hujuſmodi recognoſcere volens debita cum inſtantia petierit, & ſupplicaverit, ut Ducatum Caſtren. hujuſmodi in ejus perſonam confirmare,& revocare,ac ip-

ipſum Horatium pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis prædictis etiam de novo de illo inveſtire dignaremur. Nos igitur juſtis ipſius Horatii ſupplicationibus annuendum eſſe, ducentes, Motu ſimili &c. ipſum Horatium pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum juxta formam, & ordinem in prædicta erectione, & prima inveſtitura ipſius Ducatus Caſtren. à Nobis poſitum loco Octavii, & ſucceſſorum ſuorum ibi deſcriptorum, & perindè acſi ibidem poſt Petrum Aloyſium prædictum immediatè Horatius, & ſucceſſores hujuſmodi poſiti, & deſcripti fuiſſent ſucceſſores de dicto Ducatu Caſtren., omnibuſque illius membris, juribus, & pertinentiis quibuſcumque, cum omnibus, & ſingulis facultatibus, privilegiis, & immunitatibus in erectione, & prima inveſtitura prædictis contentis, aliaſque omni meliori modo, quod de jure, poſſumus, & debemus, etiamſi opus ſit tanquam de novo inveſtimus, ſibique inveſtituræ hujuſmodi renovationem concedimus, ipſumque, & ejus futuros ſucceſſores prædictos tam per Vaſſallos, & Incolas Ducatus prædicti, quàm per alios quoſcumque pro veris, & legitimis Ducibus Caſtren. hujuſmodi haberi, teneri, nominari, & reſpectivè reputari volumus, & mandamus. Et nihilo minus Guido Aſcanio Camerario, Præſidentibuſque, & Clericis prædictis, ut ab ipſo Horatio conſuetum fidelitatis juramentum &c., ſibique inveſtituræ, & renovationis hujuſmodi Inſtrumenta publica, & patentes litteras Camerales deſuper opportunas juxta ſuperiùs per Nos dicta, & aliàs in forma conſueta faciant, expediant, concedant, & tradant, ac expediri, concedi, & tradi faciant præſentium tenore committimus, & præcipimus &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c.

Fiat Motu proprio A.

Datum Romæ apud S. Petrum pridie nonas Novembris Anno 14.

Digitized by Google

Die 4. Novembris 1547.

Admittatur, fiat Inveſtitura, recipiant juramentum, regiſtretur, & fiant patentes, & ſcripturæ opportunæ.

Illuſtriſſimo Domino Horatio Farneſio admitti Motum proprium, mandari fieri inveſtituram Ducatus Caſtren. juxta illius formam, & recipi juramentum fidelitatis, illudque regiſtrari, & ſuperindè fieri patentes, & ſcripturas opportunas.

CLEMENS PAPA VIII.

Num. IV.

Breve Clementis VIII. pro erectione primi Montis ſuper fructibus Ducatus Caſtri.

Præclara devotionis ſinceritas, & inſignia merita, quibus erga Sedem Apoſtolicam Nobilis Farneſiorum Familia ſemper claruit, & præſertim bon: me: Alexander Farneſius dilecti Filii Raynuccii Parmæ, & Placentiæ Ducis Genitor, qui, dum in humanis ageret pro Chriſtiana Republica continuis bellis gerendis, quibus pro Rege Hiſpaniarum prefuit adversùs Hæreticorum,& Catholicę Religionis hoſtium impetus ſummos labores pertulit &c. promerentur,ut ad ea libenter animi noſtri convertamus intuitum, per quæ facta illius utilitati, & dignitati conſulitur, cum itaque prædictus Raynuccius Dux &c. ære alieno, quod prædictus bon: me: Alexander ejus Genitor bellorum prædictorum occaſione &c. conflavit,gravatus reperiebatur, cupitque ſe à dicto ære alieno, abſque aliqua Bonorum ſtabilium diſtractione &c.eximere,& liberare,idque nulla alia faciliori via, quàm mediante alicujus Montis non vacabilis ſuper annuis redditibus Status, & Ducatus Caſtri noſtræ Eccleſiaſticæ ditioni mediatè ſubjecti, qui infrà certum tempus extingui, & redimi valeat, erectione, & venditione conſequi poſſe, conſiderans, nobis ſupplicavit, ut ei facultatem, & auctoritatem unius Montis non vacabilis ſcutorum ducentorum millium monete ſuper dictis omnibus redditibus, & ſignanter ſuper annuis fructibus, & redditibus omnium Prædiorum, Tenutarum, Poſſeſſionum, & Terrarum loci Plani Abbatiæ nuncupati in eo-

dem Statu, & Ducatu Caſtri conſiſten. &c. erigendi de benignitate Apoſtolica impartiri velimus. Nos itaque deliberationem hujuſmodi probantes &c. Motu proprio &c. ex certa noſtra ſcientia &c. eidem Raynuccio Duci, ut Montem non vacabilem ſcut. 200. mil. monetæ Montem Plani Abbatiæ nuncupan. portiones, & loca duo millia continentem ſcutis centum ſimilibus pro quolibet loco, & portione computatis, quæ portiones, & loca reſignabilia ſint, & nunquam vacent ad inſtar Montium Fidei &c. ſubſidii triennalis, & aliorum Montium non vacabilium &c. necnon ex antedictis annuis redditibus Status, & Ducatus Caſtri annua ſcuta decem millia ſimilia dividere, & ſeparare, illaque ſic diviſa, & ſeparata eidem Monti, & Perſonis, quæ in eo ſuas pecunias poſuerint in manibus infraſcripti Depoſitarii prædicti Montis annuis redditibus, & congrua dote ad rationem ſcutorum quinque ſimilium annuatim pro quolibet loco, & quolibet bimeſtre pro rata ſolven. aſſignare, applicare, & appropriare valeat plenam, liberam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem concedimus, & elargimur ſtatuentes Montem prædictum, ſic ut prætenditur erigendum, illiusque futuros Creditores, & Collegium uti ſingulos, & univerſos in omne Jus, locum, & actiones ejuſdem Raynucii Ducis quoad dictam ſummam, ac illius exactionem, perceptionem in omnibus, & per omnia ſuccedere, & ſubrogari &c. necnon redditus, & proventus dicti Status, & Ducatus Caſtri, & ſignanter Prædiorum, Tenutarum, Poſſeſſionum, & Terrarum loci Plani Abbatiæ nuncupati in eodem Statu conſiſten. eidem Monti ſpecialiter, & expreſsè, ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra pro dicta ſumma obligatos, hypothecatos, affectos, & aſſignatos eſſe decernimus, etiamſi ſuper illis, vel aliquo eorũ aliquod fideicommiſſum, aut alienandi, obligandi, ſeu alias hypothecandi prohibitiones per quoſcunque

 di-

dicti Raynucii Ducis anteceſſoris,ſivè etiam tranſverſales,& extraneos appoſitæ,& inductæ fuiſſent &c., & pro majori dicti Montis, & illius Creditorum cautela,& ſecuritate teneatur dictus Raynucius Dux depoſitarium in Urbe, qui Campſor publicus, ac fide, & facultatibus idoneus exiſtat eligere, & deputare, & in manibus illius omnes pecunias ex fructibus,redditibus, & proventibus dicti Status Caſtri, & ſignantèr Plani Abbatiæ prædicti integrè ſolvi, & conſignari facere, qui Depoſitarius pariter ex dictis fructibus, & redditibus in primis, & antè omnia dictam annuam ſummam ſcutorum decem millium retinere,illamque eiſdem Creditoribus,& Montiſtis annuatìm, & quolibet bimeſtre in fine illius ratam ſolvere, necnon de ſolvendo ad favorem Montiſtarum, & Creditorum, ſe ſe etiam in forma Cameræ obligare teneatur, & in defectum obſervationis pręmiſſorum &c. Liceat eiſdem Montiſtis,& Creditoribus,vel eorum Collegio propria auctoritate abſq; alicujus Judicis licentiâ, & ſine aliquo ſpolii, & attentatorum vitio, aut alio defectu liberè, & licitè poſſeſſionem realem corporalem, & actualem præfatorum Prædiorum, Tenutarum, Terrarum, & Bonorum dicti Plani Abbatiæ apprehendere, captamque,& apprehenſam retinere,Bonaque hujuſmodi eorum arbitratu quibuſcunque Perſonis, & pro quocunque pretio reperibili locare, affictare, & in affictum concedere, & alio quocunque modo de poſſeſſione, ac fructibus Bonorum hujuſmodi pro pręfatorum omnium implemento, & obſervatione conſequendis tanquam de re propria liberè, pręvia tamen intimatione agentibus, & Miniſtris ejuſdem Ducis facienda, & pro præmiſſis perpetuò quotiès opus fuerit exequendis &c., & denique pro validitate Contractus, ſeù Contractuum ſuper erectione dicti Montis, & aliis dependentibus quomodolibet celebrandorum ſe ipſum, ipſiusque hæredes, & Bona tam mobilia, quàm ſtabilia, tàm feudalia, quàm

Juriſ-

Juriſdictionalia præſentia, & futura ubicunque exiſtentia tàm in genere, quàm in ſpecie etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ obligare, & hypothecare liberè, & licitè, & quęcunque Inſtrumenta cum quibuſvis clauſulis ſuper præmiſſis &c. celebrare &c. Volentes quod Mons prædictus omnibus, & ſingulis facultatibus, Juribus, Juriſdictionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogativis, privilegiis &c. Montibus Cæſarino, Sabellio, Columnenſi, Urſino Domicellorum; nec non fidei, religionis, pacis, ſubſidii triennalis, & aliis quibuſcunque non vacabilibus per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & nos reſpectivè erectis quomodolibet conceſſis &c. uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant harum ſerie concedimus, & indulgemus &c.

Placet Motu proprio N.

CLEMENS PAPA VIII.

Num. V.

Breve Clementis VIII. pro erectione ſecundi Montis ſuper fructibus Ducatus Caſtri.

Motu proprio &c. Cùm ſicùt nupèr accepimus, dilectus filius Nobilis Vir Raynutius Farneſius Parmæ, & Placentiæ Dux pro nonnullis ſuis urgentibus negotiis indigeat ſumma ſcutorum ſeptingentorum quindecim millium monetæ &c., cupiat ſuper infradicendis redditibus, & Bonis inſtituere, & erigere Montem non vacabilem, & redimibilem. Nos dictum Ducem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes Motu proprio &c. eidem Raynutio Duci, ut Montem non vacabilem ſcutorum ſeptingentorum quindecim millium monetę Farnenſium nuncupandum portionem, & Loca ſeptem millia, & centum quinquaginta continentem ſcutis centum ſimilibus pro quolibet Loco, & portione computatis, quæ portiones, & Loca reſignabilia ſint, & nunquàm vacent adinſtàr Montium Fidei Alumeriarum, Pacis, Provinciarum, Subſidii triennalis, & aliorum Montium non vacabilium per Nòs, ſeù Prædeceſſores noſtros Roman.

man. Pontif., ſeù eorum auctoritate erectorum, erigere, & inſtituere ſuper annuis redditibus, Status, & Ducatus Caſtri, & Roncilionis noſtræ Eccleſiæ dictioni mediatè ſubjectorum, & ſignantèr ſuper annuis fructibus, redditibus, proventibus Caſtrorum & Terrarum infraſcriptarum videlicet. Tenutæ Caſtri Franchi in emphyteuſim, ut dicitur conceſſæ dilecto filio Mario Farneſio pro annua reſponſione, ſeù canone ſcut. 720., Montis Alti ſcut. 9127., Canini ſcut. 330. 50., Taſſonani ſc. 1917., Arlonæ ſcut. 1675., Celei ſc. 1791., Planiani ſc. 7770., Iſchiæ ſcut. 1671., Valentani ſcut. 2136. 50., Pianzani ſcut. 4486., Martæ ſcut. 2561. 90., Capitis Montis ſcut. 4661., Biſenzæ ſcut. 507., Graduli ſc. 1803. 50., Gruttarum ſcut. 100., Caſtilionis Tibinæ ſcut. 650., Roncilionis Vici, & Caſemalæ ſcut. 8899. 30., Burghetti ſcut. 2475. 90., Fabricæ ſcut. 2025. 50., Canepinæ ſcut. 480. 69., Corchiani ſcut. 512. 49., Valerani ſcut. 1206. 78., Caſtri S. Eliæ ſcut. 874. 45. conſtituentibus in totum ſcuta 54432. 51. monetæ &c. plenam, liberam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem concedimus, & elargimur &c. ſtatuentes Montem prædictum, ſic ut præmittitur erigendum, illiusque futuros Creditores, & Collegium uti ſingulos, & univerſos in omne jus, locum, & actionem ejuſdem Raynutii Ducis, quoad dictam ſummam, ac illius exactionem, & perceptionem in omnibus, & per omnia ſuccedere, & ſubrogare dictam ſummam, ut præfertur ſeparandam, & dicto Monti pro ejus dote, & redemptione reſpective aſſignan. &c. necnon redditus, & proventus dicti Status, & Ducatus Caſtri, & Roncilionis, ut ſupra expreſſos eidem Monti ſpecialitèr, & expreſsè, ita tamèn quod ſpecialitas generalitati non deroget, & è contra pro d. ſumma obligatos, & hypothecatos, affectos, & aſſignatos eſſe &c. volumus, ac pro majori dicti Montis, & illius Creditorum cauthela, & ſecuritate teneatur

di-

dictus Raynutius Dux Depoſitarium in Urbe, qui Campſor publicus, ac fide, & facultatibus idoneus exiſtat eligere, ac deputare in manibus illius omnes pecunias ex fructibus, redditibus, & proventibus dicti Status, & Ducatus Caſtri, & Roncilionis ſuperiùs expreſſis &c., qui Depoſitarius pariter ex dictis fructibus, & redditibus in primis, & ante omnia Dotem, ſeù fructus dicti Montis retinere, illoſque eiſdem Creditoribus, & Montibus annuatim, & quolibet bimeſtre in fine pro rata ſolvere &c., & in defectum obſervationis præmiſſorum, ac aliorum in præſentibus noſtris litteris, & Inſtrumento erectionis, ac venditionis dicti Montis ad favorem Montiſtarum per ipſum Raynutium Ducem celebrando contentorum, & continendorum liceat eiſdem Montiſtis, & Creditoribus, vel eorum Collegio propria auctoritate abſque alicujus Judicis licentia, & ſine aliquo ſpolii, & attentatorum vitio, aut alio defectu liberè, & licitè poſſeſſionem realem, & corporalem, & actualem dictarum Terrarum, & Caſtrorum apprehendere, captamq; & apprahenſam retinere, Bonaque ejuſmodi eorum arbitratu quibuſcumque Perſonis, ac pro quocumq; pretio reperibili locare, affictare, & in affictum concedere, & alio quocumque modo de poſſeſſione, ac fructibus Bonorum hujuſmodi pro prædictorum omnium implemento, & obſervatione conſequendis tanquam de re propria liberè, & abſolutè diſponere, prævia tamen intimatione Agentibus, & Miniſtris ejuſdem Ducis facien., & pro præmiſſis perpetuò quotiès opus fuerit exequendis Raynutius Dux Collegium, & Montiſtas prædictos ad permiſſa omnia Procuratores irrevocabiles, ut in rem propriam in eodem Inſtrumento erectionis prædictæ per ipſum celebrando cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis conſtituere, & deputare, ac quaſcumq; alias ampliſſimas cautelas etiam cum clauſula, & effectu conſtituti latiſſimè extendendi, & nullo temporis ſpatio præſcri-

ſcribendi, ſed perpetuò duraturi, donec Mons ipſe duraverit facere, & conſtituere, ac liberè, & abſolutè concedere &c., & inſuper pro majori ſecuritate Montis, & illius pro tempore exiſtentium Creditorum idem Raynutius Dux, & dilectus filius noſter Odoardus tituli Sancti Euſtachii S. R. E. Cardinalis Farneſius nuncupat. Presbyter, & in ſolidum pro validitate, & manutentione d. Montis, illiuſque fructuúm ſolvere modo, quo ſupra facienda, & de faciendo conſentire omnes perſonas jus aliquod habentes, ſeù prætendentes in præjudicium d. Montis; & de ſuſcipiendo, & terminando omnem litem, & moleſtiam ſuper fructibus, & de bonis d. Monti, ut præfertur aſſignatis quomodolibet inferendas, ac de illas terminando propriis ſumptibus &c., & de illos manutenendo in pacifica poſſeſſione, vel quaſi, ac libera fructuum dicti Montis perceptione, & perpetua conſervatione indemnitatis dd. Montiſtarum &c., & denique pro validitate contractus, ſeù contractuum ſuper erectione d. Montis, & aliis dependentibus quomodolibet celebrandorum ſe ipſos, ipſorumque hæredes, & bona omnia tam mobilia, quàm ſtabilia etiam feudalia, & juriſdictionalia præſentia, & futura ubicunque exiſtentia tam in genere, quàm in ſpecie etiam in forma C. A. obligare, & hypothecare liberè, & licitè, & quæcumque Inſtrumenta cum quibuſvis clauſulis, & cautelis ſuper premiſſis, & premiſſorum occaſione per quoſcumque Notarios celebrare præſentium vigore; abſque alia deſuper legum, & ſtatutorum ſolemnitate requiſita valeant, & poſſint. Volentes, quod Mons prædictus omnibus, & ſingulis facultatibus &c. libertatibus, prærogativis, privilegiis, honoribus, exemptionibus, gratiis, & Indultis Montibus Cæſarino, Sabellio, Columnenſi, Urſino Domicellorum, necnon fidei, Religionis, Pacis, ſubſidii Triennalis, & aliis quibuſcumque non vacabilibus per Romanos Pontifices Predeceſſores noſtros, & Nos reſpe-

ctive

ſtivè erectis quomodolibet conceſſis etiam ſi ſpecialem, & expreſſam mentionem, vel inſertionem exigere, quæ omnia hic pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, & regiſtratis haberi volumus, uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant harum ſerie concedimus, & indulgemus &c.

Placet motu proprio H.

Num. VI.

Inſtrumentum venditionis Ducatus Caſtri, & Roncilionis factæ à Raynutio II. Parmæ Duce.

In Nomine Domini. Amen &c.. Anno à Nativitate Domini Noſtri Domini Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono &c. die verò decima nona Decembris &c. Pontificatus &c. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ X.&c.. Cùm ſit, quod aliàs fel. record. Clementi Papæ VIII. à recol. mem. Raynutio Parmæ, & Placentiæ Duce expoſito, quod ipſe Dux ære alieno &c. contracto gravatus reperiebatur, & ſe ab eo &c. liberare cupiebat; Idque nulla alia faciliori via, quam mediante alicujus Montis non vacabilis ſuper annuis redditibus Status, & Ducatus Caſtri Eccleſiaſticæ Juriſdictioni medietè ſubjecti &c. erectione, & venditione conſequi poſſe conſiderabat. Idem Clemens deliberationem hujuſmodi probans, ac precibus dicti D. Ducis annuens Motu ejus proprio &c. eidem Duci Montem unum non vacabilem ſcutorum ducentorum millium monetæ Plani Abbatiæ nuncupan. portionum, & locorum duorum millium, ſcutis centum ſimilibus pro quolibet loco, & portione computatis, quæ loca eſſent reſignabilia, & nunquam vacarent ſuper dictis omnibus redditibus, & ſignantèr ſuper annuis fructibus, & redditibus omnium Prædiorum, Tenutarum, Poſſeſſionum, & Terrarum loci Plani Abbatiæ nuncupat. in eodem Statu, & Ducatu Caſtri conſiſten. erigendi, & inſtruendi, & ex eiſdem annuis redditibus, & fructibus annua ſcuta decem millia ſimilia dividendi, & ſeparandi, & illa eidem Monti, & Perſonis,

quę in eo pecunias ſuas collocaſſent in manibus Depoſitarii per ipſum D.Ducem præſtan. pro dicti Montis fructibus, & congrua Dote ad rationem annuorum ſcutorum quinque pro quolibet loco,& quolibet bimeſtre pro rata ſolven. aſſignandi,& applicandi plenam,et liberam poteſtatem, et authoritatem conceſſerit etc., et denique pro validitate contractus,ſeù contractuum ſuper erectione dicti Montis, et aliis dependen. quomodolibet celebrandorum ipſum D.Ducem,ſe ipſum, ipſiuſque hæredes, et Bona omnia etiam feudalia, et juriſdictionalia etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ ſe obligare, et hypothecare,et reſpectivè ipſi D.Duci licere Montem prędictum quandocumque poſt lapſum tamèn octo annorum, et non anteà in una, ſeù etc. redimere, et exinguere etc.

Subindè autèm idem Clemens prædictum D. Ducem pro nonnullis ſuis urgentibus negotiis ſumma ſcutorum ſeptingentorum quindecim millium indigentem ſpecialibus favoribus, et gratiis proſequens, Motu ſimili ejus proprio illi Montem non vacabilem etc.prædictæ ſummæ ſcutorum ſeptingentorum, et quindecim millium monetæ, Farneſium nuncupan. portiones, et loca ſeptem millia, et centum quinquaginta conſtituen. ſcutis centum ſimilitèr pro quolibet loco, computatis, cum fructibus ad rationem ſcutorum quinque cum dimidio pro quolibet loco, et anno bimeſtratìm in fine pro rata ſolven. ſuper annuis redditibus Status, et Ducatus Caſtri, et Roncilionis, et ſignantèr ſuper annuis fructibus, redditibus, proventibus, et reſponſionibus, et emolumentis quibuſcumque Tenutæ Caſtrorum,et Terrarum infraſcriptarum,videlicèt Tenutæ Caſtri Franci,et Terrarum, et Caſtrorum Montis Alti, Canini, Teſſenani, Arlenæ, Celeris, Planiani, Iſchiæ, Valentani, Pianzani, Marthæ, Capitis Montis, Biſentiæ, Gradularum, Gryptarum Caſtilionis,Tyberinæ,Roncilionis,Vici,et Ca-

ſe-

ſemalæ, Burghetti, Fabricæ, Canepinæ, Corciani, Valerani,& Caſtri S.Eliæ, conſtituentibus in totum annua ſcuta quinquaginta quatuor millia, quatuorcentum, & triginta duo monetæ, ac bajoccos quinquaginta, & unum exceptis tamen fructibus Prædiorum,& aliorum loci nuncupati *Piano dell' Abbazia*, erigendi, & inſtituendi, & ipſa ſcuta quinquaginta quatuor mille, quatuorcentum,& triginta duo,ac bajoccos quinquaginta, & unum dicto Monti, & illius Montiſtis pro illius congrua Dote, & fructibus,& quod dictis fructibus ſolutis, reſiduum, quod ſupererit ad effectum per integrum ſeptennium inveſtiendi, & multiplicandi, & elapſo ipſo ſeptennio, & etiam ulteriori tempore, dummodò tempus duodecim annorum non excederet in redemptionem particularium locorum dicti Montis converten., dividen., reparan., & reſpectivè aſſignandi,& applicandi &c.licentiam paritèr, & authoritatem conceſſerit, & impartitus fuerit &c.

Defuncto autem dicto D.Duce Raynucio non facto Inveſtimento,multiplico, & extinctione d.Montis Farneſii, prout &c. ipſe D. Dux tenebatur fel. record. Urbanus Papa Octavus ex ſpeciali lege ad preces ſimilis recol. me:Odoardi Farneſii d.Ducis Raynutii nati die decima ſeptima Julii 1632. nedùm tempus d. extinctionis in præſata Cedula erectionis præfixum prorogaverit ad alios duodecim annos à prædicta die 17.Julii 1632., quibus elapſis eumdem D.Ducem ad dictam extinctionem faciendam juxta formam dictæ Cedulæ teneri voluit, verùm etiam pro ejuſdem D.Ducis ſervitio ſuper introitibus certis, & incertis ordinariis, & extraordinariis Caſalium Turris Vergatæ, Aqua vivæ,Pini,& Inſulę loca ſexcenta creaverit,& erexerit,& illa ſic erecta prędicto Monti Farneſio univerit, & incorporaverit &c. Proùt etiam ſubindè die 11.Januarii 1634.idem Urbanus ad preces ejuſdem D.Ducis, & pro ejus ſervitio, ac,

ut ejus opportunitatibus providere poſſet, ſuper omnibus introitibus certis,& incertis, ordinariis, & extraordinariis,Caſtrorum,Tenutarum,& Caſalium,ſuper quibus d. Mons Farneſius, ut ſuprà erectus, & reſpectivè auctus fuit,alia loca mille creaverit, & erexerit, & illa ſic erecta ipſi Monti univerit,& incorporaverit,& eumdem D.Ducem ad promittendum,& ſe obligandum ad favorem dicti Montis pro ſolutione fructuum dictorum mille locorum, & illorum extinctione intra triennium poſt totalem dicti Montis, & illius ſupradictæ additionis extinctionem facien. &c. teneri voluerit, & mandaverit,ut latiùs in Chirographis ſuper prædictis additionibus ab eodem Urbano ſignatis, & reſpectivè in Inſtrumento ipſorum Chirographorum executionem celebratis, & diebus 15. Septembris 1632., ac 4. Februarii 1634., ſeù &c., ut dicitur rogatis &c.

Demum ſit, quod idem Urbanus d. recol.mem.Odoardum Farneſium d.D. Ducis Raynutii filium pariter ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequens illi pro urgentibus ſuis neceſſitatibus Montem non vacabilem Farneſium ſecundæ Erectionis nuncupan., portionum, & locorum duodecim millium noningentorum decem, & ſeptem,ſcutis centum pro quolibet loco computatis,conſtituen.in totum duodecies centena, & nonaginta unum mille, ac ſeptingenta ſcuta, hoc eſt unum millionem, & ducentum nonaginta unum mille, & ſeptingenta ſcuta cum fructibus ad rationem ſcutorum quatuor cum dimidio pro quolibet loco &c. ſuper annuis redditibus dicti Status, & Ducatus Caſtri, & Roncilionis, & ſignanter Tenutæ, ſeù loci Plani Abbatiæ, Tenutæ Caſtri Franchi, Terrarum Montis Alti, Ganini,Teſſerani, Arlenæ,Celeris,ſeu Celleni,Planiani,Iſchiæ, Valentani, Pianciani, Marthæ, Capitis Montis, Biſentiæ, Gradularum, Gryptarum, Roncilionis, Vici, & Caſemalæ, Burghetti, Sancti Leonardi, Fabricæ, Canepinæ, Corcia-

ciani, Vallerani, & Caſtri Sancti Eliæ, erigendi, & inſtituendi, & illum ſic erectum vendendi ſub præfatis conditionibus præcedentium erectionum &c. idem Urbanus quoque erexerit, & inſtituerit, & ipſam erectionem idem D. Dux acceptaverit, & reſpectivè reiteraverit &c.

Et cum d.D. Dux Odoardus ex prædicto Monte Plani Abbatiæ nulla loca extinxerit, ſicque Mons ipſe adhuc ſit, & remaneat pro integra ſumma locorum bis mille, in quibus, ut ſupra fuit erectus cum onere annui redditus dd. decem millium ſcutorum pro fructibus; Ex Monte autem Farneſio primæ erectionis tantummodo extinxerit loca duo millia ſeptingenta quinquaginta, & ſic remaneant loca ſex millia cum onere annui redditus pro fructibus ſcutorum triginta trium millium; Et Mons Farneſius ſecundæ erectionis demptis locis octo millibus centum decem, & novem cum dimidio, quæ adhuc irreſignata, & nemini vendita eſſe dicuntur in facie partim d.D. Ducis, & partim Joannis Grilli, & Hieronymi Martelli redactus ſit ad loca quatuor millia ſeptingenta nonaginta ſeptem cum dimidio ſub annuo fructu ſcutorum viginti millium quingentorum octuaginta octo, & 6. 75. Atque ipſe D. Dux in extinctione prædicta, in ſolutione fructuum ſpatio plurium annorum, in præſtatione idonei Depoſitarii, & in obſervatione, & adimplemento aliorum pactorum, conditionum, promiſſionum, & obligationum, ad quæ ipſæ ex forma ſupradictorum Motuum propriorum, Chirographorum, & Inſtrumentorum tenebatur, defecerit, & propterea Collegia, & Montiſtæ ipſorum Montium aſſiduè, & enixè inſteterint, & inſtent, ne dum ſibi ſolvi prædictos fructus, pro quibus nuper, & ſub die 7. menſis Octobris proximè præteriti per acta dicti Bartholomæi Brunori fuerunt ſubhaſtata, & cum pacto redimendi ad triennium in favorem prælibati Sanctiſſimi D.N. Papæ deli-
be-

beſata, ac vendita à Congregatione Montium Caſtra, & Loca Roncilionis, Vallerani, Canepinæ, & Vici cum Lacu, & Tenuta Caſemalæ, ſed etiam, ut re ipſa prçſtetur Depoſitarius idoneus, cæteraque, omnia, & ſingula adimpleantur, quæ ex forma præfatorum Motuum propriorum &c. adimplenda ſunt, ad quorum omnium, & ſingulorum obſervationem, & adimplementum, ac etiam ad extinctionem Montium, & reſtitutionem ſortis prætendant Sereniſſimum D. Raynutium Juniorem modernum Ducem, prædicti Ducis Odoardi filium, & ſucceſſorum &c. teneri, & cogi poſſe tàm ex diſpoſitione Juris communis ob reſolutionem contractus &c., quàm etiam ex præſcripto Conſtitutionum à Summis Pontificibus æditarum ſuper exequutione mandatorum contrà Duces, & Barones Status Eccleſiaſtici &c pro d. etiam extinctione ſub die 17. Novembris proximè præteriti per eadem Acta ab ipſa Illuſtriſſima Congregatione ſuper Montibus contrà ipſum Sereniſſimum D. Ducem Raynucium Juniorem mandatum exequtivum relaxari obtinuerint.

Quapropter idem Sereniſſimus D. Dux Raynutius agnoſcens ſe alio modo, quàm infradicendo non poſſe prçdicta omnia, & ſingula adamuſſim implere, cupienſque ſe ab hujuſmodi obligationibus, ac tàm gravi ære alieno eximere, & liberare, etiam quoad ſortem, obtulerit prælibato Sanctiſſimo D. N. Innocentio Papæ X. Optimo Maximo cedere, & abdicare à ſe omnia, & ſingula Tenutas, Terras, Oppida, Caſtra, & Loca ſuperius expreſſa totumque, & integrum Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis, comprehenſis etiam pro majori expreſſione Caſtro Inſulæ, & Caſalis Turris Vergatæ, necnon Caſtro, ſeu Terra Caprarolæ unàcum Barco, ac Caſtris Burghetti, Sancti Leonardi cum Tenuta Fallarenſi, nec non Sancti Eliæ, & Caſtilionis Tyberinæ cum eorum Territoriis, ac Diſtrictibus, aliiſque quibuſcumque bonis

nis ſubjectis prædictis erectionibus Montium, eorumque Juribus univerſis, omneque, & totum id tam Juriſdictionale, quam non Juriſdictionale quovis Jure, quod ibi habet, & tenet ac etiam titulo venditionis, & omnia alienare modis, & formis &c. inferius dicendis, & poſt plures, ac varios Tractatus, urgentibus quoque efficaciſſimis interceſſionibus, & officiis Potentiſſimi Hiſpaniarum Regis Cattholici cum Sanctitate Sua mediante Perſona Excellentiſſimi Domini Ducis dell'Infantado ejuſdem Regis apud Sanctitatem Suam Oratoris Extraordinarii, nec non ſupplicationibus Sereniſſimi Domini Magni Ducis Florentiæ, tandem fuerit concluſum, quod Sereniſſimus D. Dux vendat, & cedat totum, & integrum d. Ducatum Caſtri, ac Statum Roncilionis, omniaque, & ſingula alia Loca, bona, ac Jura prædicta Sanctitati Suæ, ejuſque Rev. Cameræ Apoſtolicæ, & Sanctitas Sua, in cauſam pretii dignetur ſuſcipere in ſe, & Cameram prædictam debitum, quod Sereniſſimus D. Dux habet cum Montiſtis tam ratione fructuum, quam ſortis, ac remiſſiones, & imputationes facere, ut infra, ipſeque Sanctiſſimus licet ſentiat rem fore ſibi, & Cameræ ſuę valdè incommodam, & diſpendioſam ob maximam debiti ſummam, ac reddituum prædictorum Ducatus, et Status, ac bonorum quantitatem, et qualitatem; attamen pro ſuà paterna, & paſtorali Clementia, & affectu erga d. Sereniſſimum D. Ducem, commiſerando etiam gravi damno, & intereſſe tot Eccleſiarum, & Monaſteriorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, aliorumque locorum, & Operum Piorum, ac miſerabilium Perſonarum, quæ ſubſtantias ſuas in dd. Montibus collocarunt, quorum conquęſtiones, clamores, et preces uſque ab initio ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum aſſiduè aures, & mentem Suæ Sanctitatis excitarunt, annuerit, modo tamèn, et forma infraſcriptis, cumque ſuper prædictis decreverit publicum çonficere Inſtrumentum.

Hinc

Hinc eſt, quod coram DD. Jacobo Simoncello A.C., Carolo Vipera Curiæ Capitolinæ Notariis, & quondam Bartholomæo Brunoro dum vixit R.C.A. Notario in officio mei ejuſdem R. C. A. Notarii infraſcripti prædeceſſore, Teſtibuſque infraſcriptis &c. perſonaliter conſtitutus Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. Appius de Comitibus Dux Poli Baro Romanus, & S. Hoſpitii Palatii Apoſtolici perpetuus Magiſter &c. Procurator dicti Sereniſſimi D. Ducis Rainutii Junioris, ut de ejus Procuræ mandato facto docuit per Inſtrumentum publicum &c. quod nobis Notariis &c. tradidit, & conſignavit tenoris inferius regiſtran., pro quo Sereniſſimo D. Duce nihilominus de rato promiſit, & à Celſitudine Sua in forma valida ratificari facere præſens Inſtrumentum, & omnia, & ſingula in eo contenta &c. in actis d. D. Bartholomæi exibere infra menſem proximum à die 26. præſentis menſis incipien. liberè &c. alias &c., & una cum eo ibidem quoque præſens Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Jo. Hieronymus Lomellinus ejuſdem Sanctiſſimi D.N. Papæ, & prædictæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Theſaurarius ad hæc pariter ab ipſo Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa pro majori cauthela &c. præſentis venditionis &c. ſpecialiter deputatus per Chirographum Suæ Sanctitatis &c. quod nobis Notariis tradidit tenoris &c. ipſe Illuſtriſſimus D. Theſaurarius vigore d. Chirographi, & quarumcumque authoritatum, facultatum, ac privilegiorum eorumdem Congregationum tam in litteris ſuper earum erectionibus à d. Clemente, & reſpectivè à ſimili fel. rec. Paolo V. emanatis, quam in quibuſcumque Chirographis, ac Motibus propriis ab ipſis, & eorum ſucceſſoribus Romanis Pontificibus ſuper ampliatione earum facultatem ſignatis contentarum, et expreſſarum, ac quomodolibet comprehenſarum cum omnibus, & ſingulis hujuſmodi authoritatibus, facultatibus, indultis, gratiis, privilegiis, & aliis, ut ſupra,

ſupra, quæ omnia, & ſingula ipſe Illuſtriſſimus D.Theſaurarius præſenti venditioni pro illius robore, firmitate, & validitate applicavit, & applicat, & tam conjunctim, quam diviſim,& in ſolidum cum prædicto Excellentiſſimo D. Duce Appio Procuratore, ut ſupra, ac omni alio meliori modo Suæ Sanctitati,& ejus Rev.Cameræ Apoſtolicæ &c. magis utili, & proficuo ſponte,& omni meliori modo &c.nomine dicti SereniſſimiD.Ducis, & illius jure proprio, ac per eum,ſuoſque Hæredes, & Succeſſores quoſcumque in perpetuum vendiderunt, & alienaverunt, & titulo puræ, validæ,perfectæ, perpetuæque,& irrevocabilis venditionis dederunt,ceſſerunt, conceſſerunt, transtulerunt, & mandarunt eidem Sanctiſſimo D.N.Innocentio X.Pontifici Optimo Maximo ejuſque Rev. Cameræ Apoſtolicæ Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Lazzaro Botto Suæ Sanctitatis, & præfatæ Rev.Cameræ Apoſtolicæ GeneraliCommiſſario,& Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe Canonico &c. à Sanctitate Sua ſpecialiter conſtituto per aliud Chirographum pariter manu Sanctitatis Suæ, ut apparet, ſignatum &c. præſente, & una nobiſcum Notariis prædictis pro Sua Sanctitate,& illius Rev.Camera Apoſtolica, ut ſupra, in perpetuum emente, acceptante, & ſtipulante omnia, & ſingula Tenutas,Terras,Oppida, Caſtra, & Loca, Caſalia,& alia quæcumque ſuper quibus dd. Montes, eorumque ſinguli erecti, conſtituti, & reſpectivè aucti fuerunt, necnon totum, & integrum Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis omniaque, & ſingula Terras,Oppida, Caſtra,& Loca quæcumque ſpecificata, contenta, & expreſſa, ac quovis modo compræhenſa in erectione d. Ducatus, necnon quomodolibet, & qualitercumque venientia ſub nomine,& appellatione, ſeù nuncupatione Status Roncilionis, vel ab eo dependentia, compræhenſis etiam pro majori expreſſione Terra, ſeù Caſtro Caprarolæ una cum Barco, necnon

H Caſtro

Digitized by Google

Caſtro Burghetti cum Tenuta Fallarenſi, necnon Caſtris Sancti Eliæ, et Caſtilionis Tyberinæ, atque Inſulæ, et Caſali Turris Vergatæ poſit. in Statu Eccleſiaſtico in Provincia Patrimonii, et reſpectivè in Diſtrictu Urbis &c. necnon omnia, et ſingula alia bona tam Juriſdictionalia, quàm non Juriſdictionalia, immobilia, mobilia, et ſemoventia, ac Præcodia, omneque id, et totum, quæ, et quod d. Sereniſſimus D. Dux obtinet, et poſſidet, et ad Celſitudinem Suam, Ducatumque, et Statum, ac Loca, Tenutas, et Bona prędicta quomodolibet, quomodocumque, et qualitercumque ſpectant, et pertinent &c. nihil poenitùs excepto, nec ipſi Sereniſſimo Duci, et ſuis &c. reſervato una cum omnibus, et ſingulis dictorum Ducatus, et Status, et reſpectivè cœterorum Bonorum, ut ſupra venditorum Territoriis, Diſtrictibus juriſdictionalibus juribus, membris, et pertinentiis, quibuſcunque Arcibus, Fortalitiis, Propugnaculis, Palatiis, Domibus, Ferreriis, Molendinis, Pulvereriis, Carteriis &c., Vaſſallis, Vaſſallagiis, et juribus Vaſſallorum, Feudis, Subfeudis, et quorumcumque Bonorum, ſolitis reſponſionibus, canonibus, aliiſque fructibus tam naturalibus, quàm induſtrialibus, et civilibus, aliiſque quibuſvis redditibus &c., et denique cum omnibus iis, quæ dicto Sereniſſimo D. Duci, et ſuis Authoribus, et Anteceſſoribus pro tempore dicti Ducatus, et Status, cœterorumque Bonorum, ut ſuprà venditorum Dominis, et cuilibet eorum quomodolibet competierunt, et competunt, aut competere poſſunt tam de præſenti, quàm in futurum &c.

Ac ex titulo, et cauſa venditionis, et alienationis hujuſmodi idem Excellentiſſimus D. Dux Appius, necnon prædictus Illuſtriſſimus D. Theſaurarius, quibus ſupra reſpectivè nominibus ceſſerunt, et tranſtulerunt eidem Sanctiſſimo D. N. Papæ, et præfatæ ejus Rev. Cameræ Apoſtolicæ, ſtipulatione, qua ſupra pro eis intervenien-

te,

re omnia, & ſingula jura, ac omnes, & ſingulas actiones &c. reales, perſonales, & mixtas ipſi Sereniſſimo D.Duci quomodolibet competentes &c.in, & ſuper dictis Ducatu,Statu, & cœteris Locis, & Bonis &c.,ut ſuprà venditis contrà quaſcumque Perſonas &c.,& reſpectivè dictus Illuſtriſſimus D. Theſaurarius ceſſit, & tranſtulit omnes, & ſingulas exemptiones, liberationes, derogationes,privilegia,prærogativas, & alia quæcumque in ſupradictis litteris, & Chirographis, & quolibet eorum quomodolibet expreſſa, contenta &c. nullamque prorsùs actionem ſuper præmiſſis,ut ſuprà venditis nunc, & impoſterum dicto Sereniſſimo D.Duci, & ſuis &c.reſervarunt,niſi jure,& facultate redimen., ut infra, ad habendum &c., & quidquid Sanctiſſimo D. N. placuerit de eis faciendum &c. ponentes &c.conſtituentes &c., & donec &c. conſtituerunt &c. Promittentes ipſe Excellentiſſimus D. Dux, & præfatus Illuſtriſſimus D. Theſaurarius, quibus ſuprà reſpectivè nominibus eumdem Sanctiſſimum D. N.Papam, & præfatam Rev. Cameram Apoſtolicam &c.in realem,actualem, & corporalem poſſeſſionem dictorum Ducatus Status.& aliorum Bonorum, ut ſupra, & illorum reſpectivè juriſdictionum, & jurium, ut ſuprà venditorum &c. imponere, & inducere ſtatim ſequuta ratificatione dicti Sereniſſimi D.Ducis, & reſpectivè confirmatione præſentis Inſtrumenti prælibati Sanctiſſimi D. N. Papæ liberè &c.aliàs &c., excepto tamen quoad Caſtra Burghetti cum Tenuta Fallarenſi,necnon S.Eliæ,& Caſtilionis, & TenutamTurrisVergatæ,aliàs ut dicitur,alienatarum per Congregationem Baronum &c.

Et quia inter corpora aſſignata in additioneLocorum 600. facta Monti Farneſio primæ erectionis ad inſtantiam dicti recolend: mem: D.Ducis Odoardi per fel:record: Urbanum VIII. extant duo Caſalia, nempè Aquævivæ, & Pini, quæ poſteà fuerunt per eumdem D.Du-

cem Odoardum alienata; Ideò fuit expreſsè conventum, quod in præſenti venditione non cenſeantur, nec ſint ullo modo comprehenſa, declaratione tamen adjecta per Illuſtriſſimum D. Theſaurarium, quod reſpectu Montiſtarum intelligantur, & ſint reſervata jura quæcumque eiſdem ſuper illis quomodolibet competentia, quia ſic &c.

Proùt etiam Partes ipſæ declararunt in præſenti venditione non eſſe comprehenſa Palatium,&Domos illi adjacentes,canones,livellos,reſponſiones,& alia quæcumque intrà mœnia Urbis exiſtentia, ac etiam canonem ſcut. 15. ſuper Vinea exiſtente extrà Portam Portuenſem in loco nuncupato *à Fuoga l'Aſino*, nec non Vineam nuncupatam *di Madama* extra Portas Angelicam, & Arcis S.Angeli, & Vineolam illi annexam &c.

Præthereà declararunt in præſenti venditione non comprehendi Palatium cum Viridario illi contiguo ſitum in Terra Caprarolæ,quod ex benignitate Sanctiſſimi dumtaxàt pro oblectamento Sereniſſimi D.Ducis,&Maſculorum de Familia Farneſia deſcendentium à Duce Odoardo ejus Genitore cum expreſſa prohibitione, quod nunquam poſſit vendi,permutari,donari opignorari, aut alias quomodolibet alienari, etiam alienationis vocabulo latiſſimè ſumpto, minuſque ad longum, ſive modicum tempus locari, nec ſub aliquo alio prætextu, colore, vel cauſa accomodari ulli Perſonæ cujuſvis ſtatus,gradus,dignitatis,conditionis, & præheminentiæ alioquin in omnes, & ſingulos caſus contrarios intelligatur,& ſit comprehenſum in eadem venditione, perindè ac ſi hujuſmodi declaratio facta non fuiſſet,quia ſic &c., & non aliàs &c.

Hujuſmodi verò venditionem &c. cum omnibus,& ſingulis in præſenti Inſtrumento contentis d. Excellentiſſimus D.Dux,& præfatus Illuſtriſſimus D. Theſaurarius quibus ſupra reſpectivè nominibus,& tàm conjunctim,

quàm

quam diviſim, & aliàs omni meliori modo, ut ſuprà fecerunt, & facere declararunt erga Sanctitatem Suam, & Cameram Apoſtolicam pro pretio infraſcripto videlicet: In primis ſcutorum decies, & ſexies centenorum, ac viginti novem millium, & ſeptingentorum quinquaginta, hoc eſt unius millionis, & ſexcentorum viginti novem millium, ac ſeptingentorum quinquaginta monetæ juliorum decem pro ſcuto comprehenſis, & computatis in hujuſmodi ſumma ſcutis tercentis ſexaginta millibus, pro quibus ab ipſa Camera ad effectum ſolvendi fructus decurſos, & non ſolutos dd. Montium, ut infra accollandos fuit data Cedula in Inſtrumento deliberationis ſupradictæ Terræ Roncilionis, & aliorum, ut ſupra factæ ad favorem ejuſdem Sanctiſſimi D.N. Papæ, & de illis eadem Camera recognovit ſe debitricem in locum dicti Sereniſſimi D. Ducis, cujus Cedulæ reſtitutioni dictus Excellentiſſimus D. Dux Appius Procuratorio nomine, ut ſupra, & præfatus Illuſtriſſimus D. Theſaurarius, attenta accollatione, ut infrà dicenda, conſenſerunt, & in hujuſmodi ſumma ſcutorum decies, & ſexies centenorum, ac viginti novem millium, & ſeptingentorum quinquaginta, diminutionem, ſolutionem, & ſatisfactionem ex cauſa, & contemplatione venditionis, ac ceſſionis, aliorumque præfatorum dictus Illuſtriſſimus D. Commiſſarius vigore ſupradicti Chirographi, & authoritatis, & facultatis ſibi in eo traditæ, ac conceſſæ ex nunc pro tunc, & quando d. Sereniſſimus D. Dux præſens Inſtrumentum, ac omnia, & ſingula in eo contenta validè, & legitimè ratificaverit, & Inſtrumentum ratificationis hujuſmodi in publicam, & authenticam formam redactum in actis, ut ſuprà exhibitum fuerit, & non antè &c. de conſenſu, ordine, & mandato d. Excellentiſſimi D. Ducis Procuratoris, & præfati Illuſtriſſimi D. Theſaurarii &c. volentium, mandantium, & ordinantium in d. Rev. Cameram ſuſcepit, & accollavit

ſu-

ſupradicta remanentia loca Montium erecti, & aucta reſpectivè, ut ſuprà, aſcenden. tantum ad loca duodecim mille ſeptingenta nonaginta ſeptem cum dimidio, quæ calculata ad rationem ſcutorum centum pro quolibet loco, aſcendunt ad duodecies centena, & ſeptuaginta novem mille, & ſeptingenta quinquaginta ſcuta, hoc eſt unum millionem, & ducentum ſeptuaginta novem mille, & ſeptingenta quinquaginta ſcuta. Nec non etiam in ipſam Cameram ſuſcepit, & accollavit onus ſolvendi eorumdem locorum fructus à die prima Januarii 1640. decurſos, & non ſolutos per totum menſem Auguſti proximè præteriti aſcenden. ad ſcuta tercentum quadraginta quatuor mille tercentum octuaginta octo, & ob. 32. monetæ, ac etiam alios fructus exindè decurſos, & in futurum decurren. uſque ad exhibitionem ratificationis ex parte Sereniſſimi D. Ducis facien., ut ſuprà, pro quibus præfatus Excellentiſſimus D. Dux Appius prædicto procuratorio nomine liberè dimiſit, ac relaxavit Rev. Cameræ quidquid fructuum, ac proventuum ex Bonis, ut ſuprà venditis occaſione exequutionis Mandatorum relaxatorum ad inſtantiam Montiſtarum quomodolibet perceptum fuit.

Et quia pro ſolutione hujuſmodi fructuum Montium decurſorum poſt menſem Auguſti, & decurrendorum uſque ad exhibitionem d. ratificationis, exiſtimatum fuit comprehenſis dd. fructibus dimiſſis, ut ſuprà, poſſe aliquid conſiderabile deficere. Ideo ad evitandas omnes controverſias calculorum mutua qua ſuprà ſtipulatione conventum fuit, quod pro omni, & toto eo, quod deficere poſſet, Sereniſſimus D. Dux teneatur ſupplere ſcuta quinque mille ſexcentum undecim, & 8.63., ac hujus etiam ſummæ ſolutionem Rev. Cam. accollat in ſe, pro ut d. Illuſtriſs. D. Commiſſarius quo ſuprà nomine in eam accollavit, eamdemque ſummam Partes ipſe voluerunt, ac declaraverunt eſſe, & intelligi debere partem

pre-

pretii, quæ propterea juncta cum dd. ſcutis tercentum quadraginta quatuor mille trecentis octuaginta octo, et 8. 32., faciunt tercentum quinquaginta millia, et ſimul cum aliis præfatis ſcutis duodecies centenis ſeptuaginta novem millibus ſeptingentis quinquaginta, nempe *un millione ducento ſettantanove mila, ſettecento cinquanta*, faciunt ſcuta decies ſexies, ac viginti novem mille ſeptingenta quinquaginta &c. *un millione, e ſeicento ventinove mila ſettecento cinquanta ſcudi*, dictorumque Montium Montiſtis promiſit ſatisfacere de ſorte, et fructibus quoque in poſterum decurrendis, et pro præmiſſis, ac aliis contentis in litteris, et Inſtrumentis erectionum, et Chirographis additionum facere, et curare, quod Sua Celſitudo, et alii coobligati ab ipſis Montiſtis, nullatenus moleſtabuntur, et in eventum alicujus moleſtia promiſit eum, et eos reſpectivè eximere, et liberare &c.

Præterea præfatus Illuſtriſſimus D. Commiſſarius reſervavit ipſi Rev. Cameræ facultatem ſatisfaciendi Montiſtis dd. Montium de eorum creditis tam reſpectu ſortis, quàm fructuum vel in pecunia numerata, vel per ceſſionem, et aſſignationem tot locorum Montium Cameralium cujus ſatisfactionis vigore ipſa Camera ad effectum majoris roboris, et validitatis præſentis venditionis, et contractus, magiſque validæ translationis Dominii ſuccedat, et ſubrogetur, ac ſucceſſivè ſubrogata ſit, et eſſe cenſeatur in omnibus, et ſingulis juribus, actionibus, hypothecis etiam anterioritatis, et potioritatis &c. ipſorum Montiſtarum, ipſiſque Montiſtis tam vigore erectionum, et reſpectivè additionum dd. Montium, quam etiam vigore facultatum, et privilegiorum ſupradictarum Congregationum ſuper exequutione mandatorum contra Duces, et Barones &c. contra dictum Sereniſſimum D. Ducem, et alios quoſcumque competen., et competituris, et nihilominus iidem Montiſtæ in actu

ſo-

ſolutionis,& ſatisfactionis recipiendæ, ut ſupra, teneantur,& debeant &c. pro rata ſui crediti,prout d. Illuſtriſſimus D.Theſaurarius in vim ſupradictarum ejus facultatum illos teneri voluit, & obligavit in actu ſolutionis cuilibet eorum faciendæ ad favorem Suæ Sanctitatis,& dictæ Rev. Cameræ Apoſtolicæ translativè, & non extinctivè &c. purè, merè, liberè, & ſimpliciter cedere, transferre, omnia, et ſingula prædicta Jura, actiones, hypothecas &c., et alias quomodolibet ſuper Ducatu, Statu, et aliis bonis,ut ſupra venditis, ac contra dictum Sereniſſimum D.Ducem,ejuſque Hæredes, et Succeſſores, et alia bona quæcumque, necnon contra perſonas, hæredes,et bona aliorum quorumcumque quomodolibet obligatorum quomodolibet,qualitercunque,et quomodocunque competentia,et etiam de futuro competitura ad effectum ſcilicet, ut prælibatus Sanctiſſimus D. N. Papa, et Rev. Camera in illorum locum Jura, et privilegia univerſa in omnibus, et per omnia ſuccedant &c. ipſique Montiſtæ teneantur ſeſe, Hæredes, et Bona &c. in forma Cameræ obligare de præſtando, et manutenendo perpetuò Jura ſic ceſſa bona vera, realia, efficacia, et proficua ad omnes effectus prædictos, alias ultra præciſam obſervantiam omnium, et ſingulorum præfatorum, teneantur etiam ad reſtitutionem recepti tam pro ſorte, quàm pro fructibus reſpectivè omni &c. Quibus quidem ceſſionibus, et aliis, ut ſuprà faciendis in favorem Sanctitatis Suæ,et dictæ Rev.Cameræ Apoſtolicæ d. Excellentiſſimus D. Dux, et d. Illuſtriſſimus D. Theſaurarius quibus ſuprà reſpectivè nominibus ex nunc conſenſerunt, eorumque liberum conſenſum, et aſſenſum dederunt, et præſtiterunt, et dant, et præſtant.

Hoc etiam adjecto,quod licet fuerit jam declaratum à Congregatione Montium deberi fructus Montiſtis etiam à Kal. Septembris 1641. uſque ad totum menſem Ju-

nii

nii 1644. Nihilominùs debeat ſuperſederi in eorum ſolutione per annum decurren. à præſenti die, quo temporis ſpatio ſi D. Dux obtinuerit ab eadem Congregatione declarari ſe non teneri ad eorum ſolutionem, intelligatur pro eadem ſumma diminutum pretium ab eo reſtituen. in caſu redemptionis faciendæ, ut infrà, quià ſic &c.

Ulterius d. Excellentiſſimus D. Dux, & præfatus Illuſtriſſimus D. Theſaurarius, quibus ſuprà reſpectivè nominibus declararunt ex Montibus, ut ſupra erectis, & reſpectivè additis, ultrà loca duodecim mille ſeptingenta, & nonaginta ſeptem cum dimidio, ut ſuprà accollata, non extare alia loca, niſi loca octo mille centum, & decem novem cum dimidio prædicti Montis Farneſii ſecundæ erectionis in facie partìm d. Sereniſſimi Ducis, & partìm Jo: Grilli, & Hieronymi Martelli tanquàm Procuratorum ejuſdem D. Ducis, vel alio quoque nomine, quæ d. Excellentiſſimus D. Dux, quo ſuprà nomine aſſeruit non fuiſſe, nec eſſe reſignata, nec cuique vendita, ſeù quovis alio titulo data, tradita, ceſſa, & aſſignata, ſeù oppignorata, præterquàm quo ad loca mille quadringenta, quæ ut dicitur ex parte D. Jo: Franciſci Corradi Januen. prætenduntur ſibi fuiſſe hypothecata, quæ quidem, etſi quæ alia extarent præter, & ultra prædicta loca duodecim mille ſeptingenta, nonaginta ſeptem cum dimidio, ut ſuprà accollata, & reſpectivè ſi ex illis exiſtentibus in facie Sereniſſimi D. Ducis, & præfatorum Joannis, & Hieronymi vendita, reſignata, data, tradita, ceſſa, & aſſignata, ſeù pignorata forent, voluerunt, & ſic etiam pacto expreſſo ipſi Excellentiſſimus D. Dux, & Illuſtriſſimus D. Theſaurarius, quibus ſuprà nominibus cum dicto Illuſtriſſimo D. Commiſſario paritèr quo ſuprà nomine convenerunt, quod omninò ſint, & intelligantur ab accollatione ſupradicta excepta ità, & talitèr, quod pro eis S. Sanctitas, & dicta Rev. Camera ad nihi-

I lum

lum, teneantur tàm ergà Sereniſſimum D. Ducem, & Hieronymum Martellum, ac Joannem Grillum, quàm etiam ergà dictum D. Corradum, ſivè alios quoſcunque, neque ab eis ſuper Bonis, & Juribus, ut ſuprà venditis, & ceſſis ullo unquàm tempore moleſtari poſſit, ſed ad illorum extinctionem, & fructuum ſolutionem teneatur, & obligatus ſit dictus Sereniſſimus D. Dux Raynutius, qui etiam Cameram ſemper, & perpetuò indemnem, & ſine damno conſervare, & manutenere adversùs quoſcunque, & quatenùs de jure opus ſit etiam ad hunc effectum conſtituere, & tradere aſſignamentum verum, reale, & exigibile in Urbe teneatur, & debeat, proùt ex nunc dictus Excellentiſſimus D. Dux, & Illuſtriſſimus D. Theſaurarius, eiſdem quibus ſuprà nominibus obligarunt, & teneri voluerunt; Illis verò Locis in facie dicti D. Ducis Odoardi, & prædictorum Joannis Hieronymi cantan., & non reſignatis, neque venditis, vel alitèr diſpoſitis, ut ſuprà præfati Excellentiſſimus D. Dux, & Illuſtriſſimus D. Theſaurarius expreſsè ceſſerunt, & renuntiarunt, illaque nunquàm vendere, reſignare, ſeù quovis alio modo diſponere, vel uti, nec eorum cauſa, vel prætextu quicquam prætendere promiſerunt, non ſecus ac ſi nunquàm creata fuiſſent &c.

Inſupèr præfatus Illuſtriſſimus D. Commiſſarius nomine S. Sanctitatis pro pretio, & in cauſam pretii prædicti, & contemplatione præſentis contractus, & non aliàs remiſit, & remittit dicto D. Duci, præfato Excellentiſſimo Duci Appio ejus Procuratore, nobiſq; Notariis præſentibus, & pro eo acceptantibus, & ſtipulantibus, omnes, & quaſcunque pœnas quomodolibet prætenſas per Cameram Apoſtolicam, ſivè Fiſcum, vel ejus quoſcunque Miniſtros cauſa, & occaſione quarumcunque hoſtilitatum commiſſarum, & quorumcunque impedimentorum præſtitorum, & oppoſitionum quomodolibet factarum à Cohortibus, ſivè Militibus ipſius D. Ducis Ray-

nu-

nutii Farneſii in Statu Eccleſiaſtico tam mediatè, quàm immediatè, nec non omnia, & ſingula damna, quæ ab iiſdem Cohortibus, ſeù Militibus prætenduntur fuiſſe illata, ac præjudicia ex prædictis reſultantia, remiſſaſque, & remiſſa penitùs, & omninò eſſe voluit, & vult, eidemque Cameræ, & Fiſco perpetuum ſilentium ſuper his, ſequuta tamèn priùs dicta ratificatione præſentis contractus, ut ſuprà per D. Ducem facienda imponi mandavit, ac impoſitum eſſe declaravit, & quoſcunque Proceſſus contra ipſum D. Ducem inſtructos cauſa, & occaſione prædictis aboleri, & reſpectivè in futurum nullatenùs fieri poſſe voluit, & mandavit &c.

Ac etiam in pretium præfatum, ex contemplatione ejuſdem Contractus imputavit ipſi D. Duci eodem D. Duci Appio ejus nomine, nobiſque Notariis præſentibus, ac pro eo acceptantibus, & ſtipulantibus, impenſas per Sanctitatem Suam, ſivè ejus Rev. Cameræ, vel aliàs quomodocunque factas tàm pro exequutione Mandatorum expeditorum in Congregatione Montium ad inſtantiam Montiſtarum, & pro conſcribendo Equitatu, & Peditatu, quàm etiam in avertendis hoſtilitatibus, & impedimentis, & oppoſitionibus præſatis, ac aliàs quomodolibet eiſdem cauſa, & occaſione in omnibus, & per omnia, ac per eamdem Rev. Cameram ſibi de jure deberi prætenſas, ità ut dictus D. Dux nullam perturbationem, nullamque moleſtiam quomodolibet à quibuſvis ex hujuſmodi cauſis nunquàm patiatur, ſivè ſequatur, ſivè non ſequatur redemptio, de qua infrà. Ità tamèn, & talitèr, & non aliàs, alitèr, nec alio modo, ut in caſu redemptionis, & pro retrovenditione per Cameram facienda juxtà facultatem redimendi, ut infrà reſervatam D. Dux, & ſui &c. non teneantur ſolvere dictæ Rever. Cameræ Apoſtolicæ, niſi dd. ſcuta decies, & ſexies centena, & viginti novem mille ſeptingenta quinquaginta monetæ tantùm, ut infrà, & Camera nihil aliud occaſio-

ne, & ex cauſis prædictis pro pretio d. Ducatus, & Status pro eadem redemptione,& retrovenditione reſpectivè, nec in actu dictæ redemptionis, nec unquàm poſteà ullo modo ex ipſis cauſis, & occaſionibus prætendere poſſit, & valeat, & dicto caſu præfatus Illuſtriſſimus D. Commiſſarius nomine Suæ Sanctitatis, ut ſuprà ex nunc, proùt ex tunc præfatas pœnas, & expenſas, ut ſuprà, prætenſas, & imputatas, ac præfata damna, & præjudicia ex prædictis reſultantia liberè, & abſolutè, ac penitùs, & omninò in omnibus, & per omnia remiſit, remittit, remiſſaſque, ac remiſſa eſſe declaravit, voluit, & mandavit &c.

Fuit quoque ſpeciali lege conventionis,mutua ſtipulatione vallata ſtatutum, quod ſoli dicto Duci Raynutio, ejuſque Succeſſoribus in Ducatu, & non in aliis, nec alio modo reſervatum ſit, & intelligatur, proùt reſervarunt Jus redimendi præfatum Ducatum Caſtrenſem, & Statum Roncilionis, & cœtera Bona, & Jura ut ſuprà vendita infrà terminum octo annorum, perſolutis tamèn in actu redemptionis, & retrovenditionis faciendæ unica vice Rev. Cameræ decies, & ſexies centenis, ac viginti novem millibus ſeptingentis quinquaginta monetæ Romanæ, ut ſuprà per Rever. Cameram ſolvendis Montiſtis.

Quæ quidem quantitas ſcutorum decies, & ſexies centenorum, ac viginti novem millium ſeptingentorum quinquaginta perſolvi debeat intrà prædictum terminum octo annorum per ipſum D. Ducem, & ſuos &c. unica vice actualitèr Rev. Cameræ in Depoſitaria generali purè, liberè, & ſimplicitèr in pecunia numerata, quam pecuniam ſic in Depoſitaria numeratam ex nunc, proùt ex tunc d. Illuſtriſſimus D. Commiſſarius, nomine, quo ſuprà, voluit, & ordinavit, ut Depoſitarius generalis illicò teneatur, & debeat integrè deferre in Ærarium Arcis Sancti Angeli, ut ibidèm tutius ſervetur. Eoque termino

no elapſo, & ſolutione d. quantitatis, ac redemptione non factis incontinenti, & in eodem inſtanti, ipſo Jure, & ipſo facto, & abſque vlla declaratione idem Jus, & facultas redimendi cenſeantur, ac verè ſint expirata, illiſque d. Sereniſſimus D. Dux, & alii prædicti ulteriùs non valeant, ſub quovis prætextu, & cauſa etiam purgationis Moræ etiam ex æquitate canonica, ac etiam reſtitutionis in integrum tàm ratione ætatis, quàm ex clauſula ſi qua mihi, vel aliàs quomodolibet, eoque caſu venditio cenſeatur, & ſit libera, pura, & perpetua perindè ac ſi d. Jus nunquàm fuiſſet reſervatum, ſicùt ex nunc prout ex tunc, & è contra dictus Excellentiſſimus D. Dux, & præfatus Illuſtriſſimus Dominus Theſaurarius, quibus ſuprà reſpectivè nominibus, ac tàm conjunctim, quàm divisìm, & inſolidum liberè, purè, & ſimpliciter, ac in perpetuum vendiderunt, tradiderunt, & tranſtulerunt, ac ceſſerunt, ut ſuprà, & reſpectivè caſſationi, & totali extinctioni hujuſmodi Juris, & facultatis redimendi, ac pacti deſupèr initi conſenſerunt, ac etiam conventum fuit, ut d. Jus redimendi tanquàm merè perſonale ſit, & eſſe debeat, & intelligatur, & ſit penitùs inceſſibile, & intransferibile, ac inalienabile in quoſcunque per D. Ducem, & ſuos &c. alienationis vocabulo etiam latiſſimè ſumpto, adeo ùt ultrà nullitatem actus ſit, etiam ex ſpeciali pacto locus omnibus, & ſingulis quovis modo diſpoſitis per quaslibet Conſtitutiones Apoſtolicas, prohibentes alienationem locorum Juriſdictionalium, & aliorum Bonorum ſine licentia, & beneplacito Sedis Apoſtolicæ, quia ſic &c., & non aliàs &c.

Fuitquoque declaratum, quod cùm aliàs fuerint à Congregatione Montium deliberata Sanctitati Suæ Terra Roncilionis, & Caſtra Vallerani, Canepinæ, & Vici cum ejus Lacu, & Tenuta Caſemalæ pretio ſcutorum tercentum ſexaginta mille, reſervato D. Duci Jure redimendi infrà triennium, & nunc eadem Terra, & Caſtra comprehen-

ſa

la ſint in præſenti venditione cum pacto redimendi infrà octo annos modo, & forma ſuperiùs expreſſis, talis redemptio fieri debeat juxtà formam præſcriptam in præſenti Inſtrumento, adeò ut nunquàm poſſit à D. Duce, vel ſuis &c. peti, ſeù prætendi redemptio dd. Terræ Roncilionis, & Caſtrorum Vallerani, Canepinæ, & Vici cum ejus Lacu, ac Tenuta Caſemalæ diſiunctim, & ſeparatìm ab aliis Terris, Caſtris, & Locis hodiè ut ſuprà venditis, ſed omnium ſimùl unica vice facienda ſit redemptio, & unicum eſſe intelligatur, & ſit pactum redemptionis modo ipſo, quo ſuprà fuit conventum, neque Sanctitas Sua, aliàs retrovendere teneatur &c.

Sequuta verò actuali effectiva ſolutione, & adimpletis pro ſupradicta redemptione adimplendis modo, & forma, quibus ſuprà ex parte D. Ducis, ſuorumque præfatorum tunc Rev. Camera teneatur retrovenditionem facere, ac Bona, & Jura prædicta in ſtatu, & terminis in quibus reperientur, reddere, & reſtituere, ſalva tamèn omni, & quacumque deterioratione, ſeù diminutione ex culpa Cameræ proveniente, poſtquàm in executionem præſentis Inſtrumenti fuit in actis exhibitum ſupradictum Inſtrumentum ratificationis D. Ducis &c.

Fuit inſupèr conventum, quod durante termino ad redimen. liceat Rev. Cameræ facere ea melioramenta, quæ quovis modo, & qualibet cauſa fuerint quomodolibet neceſſaria, alia verò, quæ talia non erunt, non intelligantur impedire talem reſtitutionem, nec D. Dux illa reficere teneatur eveniente caſu redemptionis, de quo ſuprà &c.

Similitèr fuit conventum, quod in actu, & Inſtrumento poſſeſſionis capiendæ pro parte Cameræ, debeat fieri deſcriptio præfatorum Bonorum etiam mobilium, & ad hunc effectum liceat D. Duci deputare aliquem, qui in eodem actu intervenire poſſit, hac tamèn declaratione adjecta, quod per hujuſmodi deſcriptionem in caſum re-

dem-

demptionis, non teneatur Bona prædicta reſtituere niſi in ſtatu, & terminis, in quibus tunc reperientur, & prout de Jure, ut ſuprà, quia ſic &c.

Et ſalvis præmiſſis licèt quantitas d. millionis, & ſexcentorum viginti novem millium ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum monetæ, aliaque omnia promiſſa, remiſſa, imputata, & conventa reſpectivè, ut ſuprà ſint verum, & juſtum pretium dd. Ducatus, Status, & aliorum locorum, & Jurium venditorum, ut ſuprà cum dicto pacto juris redimendi, nihilominùs pro potiori cauthela, ſi plùs, vel minùs valerent, aut valere dici poſſent, totum illud plùs, ſivè minùs quantumcunque eſſet, etiam ſi dimidiam juſti pretii partem excederet, vel ad quamcunque aliam majorem, ac notabilem, & notabiliſſimam ſummam, de qua ſpetialis mentio fieri deberet, aſcenderet, ipſi contrahentes ſibi ipſis ad invicem, & viciſſim, quibus ſuprà reſpectivè nominibus donarunt donatione pura, meta, & irrevocabili, quæ fit, & fieri dicitur inter vivos enormi, & enormiſſimæ læſioni, & quibuſcunque tàm Juris, quam facti exceptionibus, quibus contra præſentem donationem, & contra præſens Inſtrumentum, & quæcunque contenta quomodolibet venire, ſeù adversùs ea ſe juvare poſſent, ficùt etiam omnibus, & ſingulis legibus, legumque auxiliis, & favoribus, ſtatutis, indultis, gratiis, privilegiis, & aliis quibuſcunque editis, & edendis ad earum favorem, quomodolibet facientibus, etiam mediis eorum Juramentis tactis pectoribus, & litteris reſpectivè more &c. expreſsè renuntiarunt &c.

Et ſalvis omnibus, & ſingulis ſupradictis &c. prædicti Contrahentes, quibus ſuprà reſpectivè nominibus convenerunt, quod ſi præfatus Sereniſſimus D. Dux præſentem contractum &c. non ratificaverit, ſeù contractus ipſe quocunque alio modo, & tempore ſuum plenarium, ſivè in toto, ſivè in parte non ſortiatur effectum &c., proùt

etiam

etiam in caſu contraventionis, ſeù inobſervantiæ illius &c., ex quocunque capite etiam ex juris diſpoſitione &c., ac etiam quarumcunque moleſtiarum, nec non quo ad Dominum Ducem jactationis earum etiam de facto remaneant, remanſaque ſint, & intelligantur Sanctitati Suæ, ejusque Reverendæ Cameræ ſemper, & quovis tempore ſalva, & illæſa, atque intacta omnia, & quæcunque jura, & actiones cujuſcunque generis, etiam ſi indigerent ſpeciali, & individua expreſſione, ac etiam illa, quæ fuerunt remiſſa, & imputata, ut ſuprà, quæ hactenùs illis competierunt, & nunc competunt, ſeù quovis modo, & tempore competere poterunt, etiam ex cauſa de præterito, etiam contra quamvis Perſonam ſpeciali, individua expreſſione, ac etiam illa, quæ fuerunt remiſſa, & imputata, ut ſuprà &c. etiam contra quamvis Perſonam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignam, etiam neceſſario exprimendam &c., ità ut ex illis, & eorum ſingulis non intelligatur, vel poſſit intelligi ullum prorsùs præjudicium, quamtumvis minimum illatum etiam per expreſſa, & contenta in præſenti Inſtrumento, & Contractu, illisque idem Sanctiſſimus, & Rev. Camera liberè, & efficacitèr uti, atque abſq; ullo prorsùs impedimento experiri poſſint, & valeant &c. in quocunque Tribunali, ac coram quocunque Tribunali, ac coram quocunque Judice omni &c.

Inſupèr fuit conventum, quod ſequuta ratificatione omnium, & ſingulorum contentorum in præſenti Inſtrumento per Sereniſſimum D. Ducem facienda, & exhibenda, ut ſuprà, Camera quoque teneatur impetrare à Sanctiſſimo D. N. confirmationem cùm inſertione ejuſdem Inſtrumenti infrà terminum quindecim dierum, quia ſic &c.

Quæ omnia &c. ipſe Partes, quibus ſuprà reſpectivè nominibus, promiſerunt ſemper, & perpetuò habere rata, valida, atque firma, contraque non facere, dicere, opponere,

re, vel venire &c. ſub quovis prætextu &c. etiam enormis, & enormiſſimæ læſionis, & ex quacunque alia cauſa cogitata, vel incogitata, hic non expreſſa, & forsàn de neceſſitate exprimenda &c., inviolabilitèr attendere, obſervare, adimplere &c.

Pro quibus &c. dictus Excellentiſſimus D. Dux, & Illuſtriſſimus D. Theſaurarius, quibus ſupra reſpectivè nominibus, & etiam ipſe Illuſtriſſimus D. Commiſſarius vigore ſupradicti Chirographi ſibi directi, d. Sereniſſimum D. Ducem Raynutium, ejuſque hæredes, & ſucceſſores, quoſcunque, ac illius, & illorum reſpectivè Bona omnia, et ſingula præſentia, et futura etiam quibuſvis inveſtituris, et aliis, de quibus in eodem Chirographo ſubjecta, non tamèn Perſonas proprias &c. præfatam Rev. Cameram Apoſtolicam, et illius Bona, et jura quæcunque præſentia, et futura &c. in ampliori ipſius Cameræ Apoſtolicæ forma cum ſolitis Clauſulis &c. invicem, et viciſſim obligarunt &c. renuntiarunt &c. cuicunque appellationi &c., et relaxationi &c. mandati exequutivi conſenſerunt &c., et ſic tactis Pectoribus, et ſcripturis reſpectivè more &c. jurarunt &c. Actum Romæ &c. præſentibus &c.

Num. VII.

Ratificatio venditionis Ducatus Caſtri facta à Duce Raynutio II. anno 1650.

Anno à Nativitate D.N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo &c. die vero decima nona Januarii &c. Illuſtriſſimus, et Excellentiſſimus D. Appius de Comitibus Dux Poli Baro Romanus, ac Sacri Palatii Apoſtolici perpetuus Magiſter, ſponte &c. pro adimplemento, & in executionem promiſſionis per Excellentiam Suam factæ &c. conſignavit mihi Notario &c. coram Teſtibus infraſcriptis publicum Inſtrumentum ratificationis &c. Inſtrumenti venditionis, et emptionis reſpectivè Ducatus Caſtri, et Status Roncilionis cum inſertione tenoris illius per Sereniſſimum Dominum Raynucium Farneſium Parmæ, et Placentiæ Ducem, ut

K appa-

Digitized by Google

apparet fact.in Civitate Placentiæ ſub die 10. præſentis menſis &c. tenoris ſequentis videlicet &c.

Tenor Inſtrumenti ratificationis.

In Nomine Domini &c. anno &c. 1650. die decima Januarii Placentiæ in Caſtro Cittadellæ &c. cor. Illuſtriſſimo D. Marchione Odoardo Scotto Præfecto majore Celſ. Suæ Sereniſſimæ V. S. Agathæ, & Illuſtriſſimo D. Petro Georgio Lampugnano fil. quondam Illuſtriſſimi D. Camilli ejuſdem Celſitudinis Secretario etc. Teſtibus etc. Sereniſſimus D. Raynutius Farneſius Parmæ, et Placentiæ etc. Dux glor. mem. Sereniſſimi Domini Ducis Odoardi Farneſii Filius, et ſucceſſor etc. pleniſſimè, ut Celſitudo Sua aſſeruit, informatus de venditione ejus procuratorio nomine, et de ipſius, ut dixit, voluntate, ordine, et mandato, facta ab Illuſtriſſimo, et Excellentiſſimo D. Appio de Comitibus Duce Poli, ac Sacri Hoſpitii Palatii Apoſtolici perpetuo Magiſtro ad favorem Sanctiſſimi D. N. Innocentii Decimi Pontificis Optimi Maximi, et ejus Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ ejus Ducatus Caſtrenſis, ac Status Roncilionis omniumque, et ſingularum Tenutarum, Caſtrorum, Oppidorum, bonorum, et aliorum, de quibus in Inſtrumento dictæ venditionis per dictum Excellentiſſimum D. Ducem Appium, una etiam cum Illuſtriſſimo, et Reverendiſſimo Domino Hieronymo Lomellino ad ipſam quoque venditionem faciendam ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa vigore ſpecialis Chirographi. manu Suæ Sanctitatis ſignati deputato ad favorem Suæ Sanctitatis, et prædictæ Cameræ celebrato, et de omnibus, et ſingulis contentis expreſſis, et appoſitis in Inſtrumento dictæ venditionis in ſolidum rogato, ut dicitur, ſub die 19. præſentis menſis Decembris per D. Jacobum Simoncellum A.C., Bartholomæum Brunorum d. C. A., et Carolum Viperam Curiæ Capitolii reſpectivè Notarios, cujus Inſtrumenti copiam ſuis præ manibus habens, et antè pręſentis Inſtrumenti celebrationem à Celſitu-

ſitudine Sua, ut aſſeruit viſam, lectam, & benè conſideratam mihi Notario tradidit tenoris &c. Volens d. Inſtrumentum tanquam de ejus ordine, & voluntate, ut ſupra factum, & juxta d. Domini Ducis Appii promiſſionem, & obligationem ratificare, & in omnibus, & per omnia confirmare, & approbare &c. volens etiam uti quacumque facultate, quæ ſibi quomodolibet competit, & cum præſentia, & aſſiſtentia DD. Conſiliariorum ſuorum nempè Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Comitis Hieronymi Moriſchi C.S. Sereniſs. Status Conſiliarii, & excelſi Ducatus Conſiliarii Præſidis, Illuſtriſſimi D. Conſiliarii Jo: Franciſci Andreoli, Illuſtriſſimi D. Conſiliarii Jo: Baptiſtæ Gargiarei, & Illuſtriſſimi D. Co: Hippolyti Burgi, ſimiliter Duc. Conſiliarii ad hunc effectum vocatorum, & totum ejus Ducatus Conſilium Juſtitiæ, & Gratiæ repræſentantium &c. ipſum Inſtrumentum, omniaque & ſingula in eo contenta, ſingula ſingulis congruè referendo, de quo Inſtrumento licet Celſitudo Sua aſſeruit ante præſentis Inſtrumenti fuiſſe pleniſſimè informatam, & ea legiſſe, & conſideraſſe, attamen ipſum Inſtrumentum fuit eidem per me Notarium de verbo ad verbum perlectum, & per Celſitudinem Suam, ut dixit bene auditum, ratificavit, acceptavit, opprobavit, laudavit, emologavit, ac pleniſſime in omnibus, & per omnia prout jacet, & continetur nil addito, vel diminuto confirmavit, ac ratificat, & acceptat &c., & pro potiori Suæ Sanctitatis, & dictæ Cameræ Apoſtolicæ cauthela, iterum, & denuò prædictum Ducatum Caſtrenſem, & Statum Roncilionis, omniaque, & ſingula loca, Caſtra, Tenutas, & alia quæcumque in d. venditionis Inſtrumento contenta eidem Sanctiſſimo D. N. Papæ, & prædictæ Cameræ Apoſtolicæ pro pretio, & cum pactis, conditionibus, vinculis, clauſulis, promiſſionibus, obligationibus, translationibus, derogationibus, liberationibus, modiſque, & formis, & om-

K 2 nibus

nibus aliis, de quibus in ipſo Inſtrumento venditionis, et alias etiam omni alio meliori modo, &c quo ab ipſo fieri potuit, et debuit, &c. vendidit, et alienavit &c. me Notario &c. pro Sanctitate Sua, et prædicta ejus Camera acceptante, & ſtipulante, et tam promiſſa omnia, e ſingula in d. venditionis Inſtrumento contenta d. Sereniſſimus D. Dux promittit ſemper, et perpetuo habere rata, grata, valida, atque firma, contraque non facere, dicere, opponere, vel venire per ſe, vel alium vel alios directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè ſub quovis prętextu, titulo, cauſa ingenio, et quæſito colore etiam, ex quacunique alia cauſa cogitata, et incogitata, etiam in corpore Juris clauſa hic non expreſſa, et forſan exprimi neceſſaria, imò omnibus, et ſingulis, quibus contra præmiſſa venire, ſeù quovis modo juvari poſſet etiam medio juramento tactis &c. expreſsè renunciavit, et illis nunquam uti promiſit, ſed ea omnia, et ſingula plenariè, et inviolabilitèr obſervare, et adimplere liberè, et omni exceptione remota, alias ultra prædicta, et eorum pręciſam obſervationem, ad quam ſemper teneri, et cogi poſſe voluit &c. teneri etiam voluit ad omnia damna &c. Inſuper quia, ut in ſupra inſerto Inſtrumento venditionis legitur, conventum extitit, quod prædicta Camera Apoſtolica impetrare, et obtinere debeat à pręlibato Sanctiſſimo D.N. Papa confirmationem ejuſdem Inſtrumenti. Ipſe quoque Sereniſſimus D. Dux prædictæ confirmationi Apoſtolicæ, ut ſuprà facien., ex nunc conſenſit, et ad eam quaque petendum, impetrandum, et obtinendum etiam cum ſuppletione, et ſanatione omnium, et ſingulorum, ac quorumcumque defectuum tam formalium, quam ſubſtantialium, et etiam hic non expreſſorum, ſi qui ſunt cum clauſulis, derogationibus, et decretis neceſſariis, et opportunis pro Sanctitatis Suæ, & Rev. Cameræ, et ipſius Sereniſſimi D. Ducis majori cauthela, & ſecuritate latiſſimè, et ampliſſimè apponen., et exten-

ſtenden. fecit, conſtituit ſuum Procuratorem irrevocabilem, ut in rem propriam, etiam medio juramento tactis &c. d. Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum D. Ducem Appium, licet abſentem &c. cum omnibus, & ſingulis authoritatibus, & facultatibus neceſſariis, & opportunis &c. pro quibus &c. ſeipſum, ejuſque hæredes, & ſucceſſores quoſcumque, ac ejus, & illorum bona omnia &c. etiam juriſdictionalia in forma Cameræ Apoſtolicæ cum clauſulis &c. obligavit &c. renunciavit appellationi &c., & relaxationi mandati executivi conſenſit &c. Super quibus &c.

Ego Alexander Cattaneus Sac. Apoſt. Imperialique auctoritatibus Notarius publicus Placentinus &c. rogatus præſens Inſtrumentum &c. in hanc publicam formam edidi &c. meque &c. ſubſcripſi &c.

BEATISSIMO PADRE.

Ranuccio Farneſe Duca di Parma oltre l'haver ratificato dentro il termine preſcrittogli, con la preſenza, & aſſiſtenza del ſuo Conſeglio, ragunato à queſto effetto l'Inſtromento della vendita del Ducato di Caſtro, e Stato di Ronciglione, fatto in ſuo nome à favore della S. V., e della ſua Reverenda Camera ſotto li 19. di Decembre proſsimo paſſato per gl'Atti del Brunoro Notaro d'eſſa Camera, & altri aſsieme rogati in ſolidum, hà anche conſtituito ſuo Procuratore il Duca Appio Conti à domandare, & ottenere da V. Beatitudine la confermatione, con la ſupplezione, e ſanazione di qualſivoglia difetti, tanto formali, quanto ſoſtanziali, con le clauſole derogatorie, e decreti neceſſarii da ſtenderſi in forma amplisſima, come più largamente ſi contiene nell'Inſtromento, con l'inſerzione della vendita prodotta negl'Atti del ſudetto Brunoro il dì 19. del preſente meſe di Gennaro.

Num. VIII. Supplex Libellus porrectus nomine Ducis Raynutii II. Innocentio X. pro confirmatione venditionis Ducatus Caſtri, & ſanatione, ac ſuppletione omniū defectuum.

Sup-

Supplica però il Duca Appio umilmente la S. V. in detto nome à degnarſi di confermare, quanto ſi è fatto ſin hora con la ſupplezione, e ſanazione ſudetta, & ordinare, che ſe ne ſpediſca il Breve con le clauſole opportune.

Umiliſſimo, e Devotiſſimo Suddito, e Vaſſallo, & obligatiſſimo Servitore

Appio Conti in nome, e come Procuratore del Sereniſſimo Signor Duca di Parma.

Die 28. Januarii 1650. ſupradictus Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. Appius de Comitibus Dux Poli præſens &c. ſpontè &c. medio juramento tactis &c. declaravit, & affirmavit ſupradictas preces eſſe ſcriptas, & ſubſcriptas, ejus propria manu, ejuſque manum, & litteras ſimili cum juramento recognovit in forma &c. omni &c.

B. Brunorus Rev. Cameræ Apoſtolicæ Not.

INNOCENTIUS PAPA X.

Num.IX. Breve Innocentii X. pro confirmatione venditionis Ducatus Caſtri, & ſuppletione, ac ſanatione omnium defectuum

Ad perpetuam &c. Æquitatis, & juſtitiæ ratio poſtulat, ut contractus nobiſcum, & cum Camera noſtra Apoſtolica initos, quo firmiùs ſubſiſtant, & exactiùs obſerventur, petentibus præſertìm id ipſis contrahentibus, Apoſtolicæ confirmationis munimine roboremus. Cùm itaque dilectus filius Nobilis Vir Appius de Comitibus Dux Poli, ac Sacri Hoſpitii Palatii Apoſtolici Magiſter, uti Procurator dilecti etiam filii Nobilis Juvenis Raynutii Farneſii Parmæ, & Placentiæ Ducis, & una cum eodem Appio Duce dilectus paritèr filius Magiſter Joannes Hieronymus Lomellinus noſter, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Theſaurarius Generalis &c. per ſpeciale Chirographum manu noſtra deputatus vendiderint nobis, & Cameræ prædictæ, emente noſtro, & ejuſdem Cameræ nomine dilecto itidem filio Lazaro Botto Commiſſario Generali dictę Camerę ad hoc à nobis ſimilitèr per ſpeciale Chiro-

ro-

rographum manu noſtra ſignatum deputato, omnia, et ſingula Tenutas, Terras, Oppida, Caſtra, et Loca, Caſalia, et alia quæcumque, ſuper quibus Montes Plani, Abbatiæ, ac Farneſii primæ, et ſecundæ Erectionis nuncupati aliàs auctoritate Apoſtolica conſtituti, et reſpectivè aucti fuerunt; nec non omnia, et quæcumque ſpecificata, contenta, et expreſſa, ac quovis modo comprehenſa in erectione Ducatus Caſtri, et alia quomodolibet etc. ſub nomine, et appellatione, ſeù nuncupatione Status Roncilionis, vel ab eo dependentia, totumque, et integrum Ducatum prædictum, et Statum Roncilionis, et quæcumque alia fuſiùs ſpecificata in Inſtrumento publico venditionis hujuſmodi pro infra inſerto pretio, et cum pactis, conditionibus, conventionibus, cauthelis, obligationibus, et aliis uberiùs expreſſis in eodem Inſtrumento per eumdem Raynutium Ducem, cum omnibus in illo contentis per aliud publicum Inſtrumentum ratificato, et approbato, quorum quidem Inſtrumentorum, et Chirographorum tenores ſunt, qui ſequuntur, videlicèt etc. Cumque idem Appius Dux nomine prædicti Raynutii Ducis humilitèr ſupplicari fecerit, ut pro firmiori venditionis prædictæ, omniumque, et ſingulorum in præinſertis Inſtrumentis contentorum, ac indè ſecutorum, et ſequendorum quorumcumque ſubſiſtentia illa Apoſtolicæ confirmationis prſidio munire, et quoſcumque defectus, ſi qui deſupèr intervenerint, ſupplere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tàm Cameræ prædictæ, quàm dicti Raynutii Ducis ſecuritati, et indemnitati in præmiſſis perampliùs conſultum eſſe, ipſumque Raynutium Ducem ſpecialibus etc. proſequi volentes etc., nec non erectionis dicti Ducatus, illiuſque, et ſingulorum in eo comprehenſorum inveſtituræ, ſeù inveſtiturarum conceſſionis, ſeù conceſſionum &c., aliorumque, ut præmittitur, venditorum, et in Inſtrumento venditionis hujuſmodi expreſſorum etc. Motu

tu

tu proprio, et ex certa ſcientia,et matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine venditionem Ducatus,et Status, aliorumque præmiſſorum ad noſtrum,et dictæ Cameræ favorem per dictum Appium Ducem nomine prædicti Raynutii Ducis, ut præmittitur, factam, ac deſupèr confectum præinſertum Inſtrumentum, nec non ejuſdem venditionis, et Inſtrumenti ratificationem, et approbationem per eumdem Raynutium Ducem, ut præmittitur factam, deſuperque publicum itidem confectum, et præinſertum Inſtrumentum, ac omnia, et ſingula in eiſdem Inſtrumentis contenta, et expreſſa, ac inde ſecuta quæcunque, prout facta ſunt, etiamſi nulla, & invalida, ſeù minùs valida etiam ab ipſo initio,ex quovis capite,jure cauſa, vel defectu, etiam in corpore Juris clauſo,et penitùs incogitato, etiam hic neceſſario exprimen., et inſeren., etiam ratione MINORIS ÆTATIS DICTI RAYNUTII DUCIS, et aliàs quomodolibet fuerint, et ſint, vel eſſe, aut dici,vel cenſeri poſſint,tenore præſentium perpetuò corroboramus, approbamus, confirmamus, convalidamus, et ſanamus, rataque, grata,et firma habemus, ac illis,et illorum ſingulis perpetuæ, et inviolabilis Apoſtolicæ approbationis,confirmationis,convalidationis, corroborationis, et ſanationis, ac firmitatis vim, et robur adjicimus etc. omneſque, et ſingulos tam Juris, quàm facti, ÆTATISQUE LEGITIMÆ DICTI RAYNUTII DUCIS, ac ſolemnitatum quantumvis formalium, et ſubſtantialium, etiam juxtà ſtylum Romanæ Curiæ,ac ſecundùm formam Statutorum, et reformationum Urbis,vel de Jure communi,aut juxtà Conſtitutiones, Chyrographa, et Cedulas Motuum proprioram prædicta, et aliàs quomodolibet requiſitarum,et quoſcumque alios cogitatos, vel incogitatos defectus,ſi qui in præmiſſis omnibus,et ſingulis, ſeù eorum aliquo principaliter, vel acceſſoriè, aut incidenter, vel

aliàs

aliàs ante, ſeu poſt, aut in ipſo actu intervenerint, aut interveniſſe dici, prætendi, aut cenſeri poſſint, etiamſi tales ſint, vel fuerint, de quibus ad hoc ut ſuppleri, & ſanari poſſint ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua mentio habenda eſſet, & quos nihilominùs etiam præſentibus pro expreſſis haberi volumus in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi præſentia hujuſmodi, ac conſenſus omnium, & ſingulorum prædictorum, & aliorum quorumcumque jus, vel intereſſe deſuper habentium, ſeu prętendentium interveniſſet pleniſſimè ſupplemus, venditionemque, & ratificationem prædictas, ac præterita Inſtrumenta, & in eis contenta quæcumque, omniaque inde ſecuta, & ſequenda adverſus quamcumque nullitatem, etiam ex vitio litigioſi &c. non obſtante diſpoſitione *l. de his ff. de tranſact.*, & aliis ſimilibus, vel diſſimilibus, ſeu etiam ex eo quod forma, & ſolemnitates, & alia per Conſtitutiones, & Chirographa, & Cedulas Motuum propriorum hujuſmodi requiſita in totum, vel in parte ſervata non fuerint, ſeù quia forſan debita dicti Raynutii Ducis non eſſent talia, nec tantæ quantitatis, ut ipſe ad Ducatus, et Status, aliorumque prædictorum venditionem cogi, vel ad illius alienationem, ſubhaſtationem, et deliberationem deveniri potuiſſet &c. pari auctoritate convalidamus, illiſq; omnibus, et ſingulis pleniſſimè validitatis robur, et efficaciam adjicimus, validaq; et efficacia eſſe, et fore, viribuſq; et effectu ſubſiſtere, et ab omnibus ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum juxtà illorum formam, et continentiam, et ſub pactis, et conditionibus, obligationibus, hypóthecis, vinculis, et cauthelis in illis expręſſis obſervari debere, et de illorum nullitate, vel invaliditate à quoquam, etiam ſub prætextu quod Edicta, ac reliquæ omnes, et ſingulæ formæ, et ſolemnitates etiam ſubſtantiales per dicta Conſtitutiones, Chirographa, et Cedulas Motuum propriorum requiſitæ non intervenerint in parte, nec in

 totum,

totum, nec ordine, modo, et forma quibus intervenire debebant, aut forſam ſolutio pretii facta non fuerit, neque fiat juxtà formam earumdem Conſtitutionum, Chirographorum, et Cedularum motuum propriorum dici, excipi, vel objici non poſſe, ſed illa omnia PERINDE AC SI DICTUS RAYNUTIUS DUX ÆTATE MAJOR ESSET, formaque, et ſolemnitates prædictæ obſervatæ fuiſſent &c. volumus, et declaramus venditionem prædictam omninò ſubſiſtere, etiamſi forſan obligationes dicti Raynutii Ducis, et aliorum quorumcumque in dictis debitis quavis ex cauſa eſſent, vel dici poſſent invalidæ, nullæ, nulliuſque roboris, et momenti; Et nihilominùs pro potiori, et perpetua noſtra, et Cameræ prædictę ſecuritate, ac firmiori præfatæ venditionis, et ratificationis, ac deſuper confectorum Inſtrumentorum etc. validitate, et perpetuo munimine motu, ſcientia, deliberatione, et poteſtatis plenitudine paribus ultrà derogationes, exemptiones, liberationes, translationes, ſubrogationes, et reſervationes in prædictis Conſtitutionibus, Chirographis, ac Cedulis Motuum propriorum, ac in erectionibus dd. Montium contentas Ducatum, et Statum prædictos, aliaque, ut præmittitur, vendita, et cujuslibet eorum juriſdictionem, merumque, et mixtum imperium, cum juribus, membris, pertinentiis, et aliis, ut præmittitur, venditis, tam à prædictis, quàm ab omnibus, et ſingulis aliis, ſi quę ſint, et ullo unquam tempore appareant inveſtituris, conceſſionibus, fideicommiſſis, ſubſtitutionibus, Primogenituris, majoratibus, pactis ad invicem ſuccedendi, et aliis quibuſcumq; caducitatibus, devolutionibus, pœnis, diſpoſitionibus, vendendique, et alienandi, ac petendi ad id licentiam, ſeu etiam mutu ſimili conceſſa utendi prohibitionibus, voluntatibus, vinculis, promiſſionibus, hypothecis etiam dotalibus, nec non quorumvis cenſuum annuorum, & illorum impoſitionum, vendicionumque, & aliorum

one-

onerum quorumcumque, & ab aliis quibuſcumq; obligationibus,& hypothecis,etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ declarationibus, oneribus, & gravaminibus, & contractibus etiam juratis,aliiſque diſpoſitionibus, tam per fel. rec. Paulum PP. III. etiam Prædeceſſorem noſtrum in erectione dicti Ducatus, aut antè, vel poſt illam, etiam Motu pari, & conſiſtorialiter, quam per quovis dicti Raynutii Ducis anteceſſores &c. tollimus, abrogamus, & abolemus, ac Ducatum, & Statum hujuſmodi,aliaque,ut præmittitur,vendita ad effectum validitatis præſentium, dictæque venditionis,inveſtituris, conceſſionibus, fideicommiſſis, primogeniturís, donationibus, prohibitionibus, ſubſtitutionibus, juris ſuccedendi vinculis,obligationibus, hypothecis,& aliis oneribus prædictis, uſque ab initio, nullatenùs ſubjacuiſſe, & ſubjacere, nec quod ſubjacent, aut ſubjacuerint dici, vel prætendi poſſe, quin imò ab omnibus, & ſingulis ſupradictis abſoluta, libera, & franca fuiſſe, & eſſe, & prò talibus, & perinde ac ſi præfatis inveſtituris, conceſſionibus,fideicommiſſis, primogenituris,juribus, ſuccedendi, majoratibus, donationibus, obligationibus,& hypothecis, vinculis, oneribus, aliiſque diſpoſitionibus ſuperiùs expreſſis quibuſcunque ſubjecta, vel obnoxia nullo unquam tempore fuiſſe haberi,& reputari debere,ac liberè nobis,& d.Cameræ vendi,& alienari, eorumq; dominium, & poſſeſſionem in nos, & eamdem Cameram transferri potuiſſe, & poſſe decernimus, & declaramus &c. Inſuper decernimus neminem ad narrata, ſeù alia præmiſſa, vel eorum aliqua, quodque pretium prædictum in utilitatem dicti Raynutii Ducis; ac ejus debitorum ſolutionem converſum fuerit, aut ad alia quantumvis neceſſaria, & requiſita in judicio, vel extra probandum, aut juſtificandum teneri, nec quemcumque ad contrarium probandum admitti poſſe, & contrariam probationem non obeſſe, ſed præſentes ad

L 2 hoc

hoc omninò, & ubicumque tàm in judicio, quàm extra illud ſufficere, neque alterius probationis adminiculum requiri, nec non venditionem, & ratificationem prædictas, ac præinſerta Inſtrumenta cum omnibus contentis in illis, ac indè ſecuta quæcumque, ipſaſque præſentes nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, & invaliditatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, aut quovis alio quantumvis magno, & maximo, ac ſubſtantiali defectu ETIAM RATIONE MINORIS ÆTATIS DICTI RAYNUTII DUCIS, & ex eo quod ejus proximiores fideicommiſſarii, ſubſtituti, vocati, & quicumque alii ſub erectione prædicti Ducatus, ac inveſtituris, conceſſionibus, primogenituris, donationibus, fideicommiſſis, & aliis diſpoſitionibus, ac ultimis voluntatibus hujuſmodi comprehenſi, & creditores, ac alii jus, & intereſſe in præmiſſis; vel aliquo eorum habentes, ſeù habere quomodolibet prætendentes &c., ſeù etiam prætextu læſionis etiam enormis, & enormiſſimę, ac totalis, & ex quocumque capite à jure, vel facto, vel teſtamentaria, aut alia diſpoſitione, ſeù quocumque Statuto, aut conſuetudine etiam ipſius Urbis, illiuſque reformationum &c. notari, impugnari, invalidari, retractari, reſcindi, infirmari, infringi, annullari, limitari, modificari, in jus, vel controverſiam adduci, vel retardari, aut impediri, revocari, ad terminos juris reduci, aut reſtitutionis in integrum &c., ſed eadem præmiſſa, præſenteſque litteras contra, & adverſus quoſcumque impugnantes, & impedimenta quęcumque valida, & efficacia fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus in omnibus, & per omnia &c. & inconcuſsè obſervari, & adimpleri debere. Sicque in omnibus, & ſingulis, & non aliter per S.R.E. Camerarium, ſeù Procamerarium, Vicecancellarium, aut Cameræ prædictæ Theſaurarium, ac Clericos Præſidentes &c. in quacumq; inſtantia judicari, & definiri, ſublata eis &c., ac irritum &c. attentari

NON

NON OBSTANTE ÆTATE DICTI RAYNUTII DUCIS, & alii, ſi qui ſint, defectibus, cœteriſque præmiſſis &c. Datum Romæ apud S.Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 1.Februarii 1650.Pontificatus noſtri anno ſexto.

Num. X.
Bulla Alexandri VII. ſuper incameratione Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.Inter cęteras animi ſollicitudines, quibus in adminiſtratione paſtoralis officii Nobis divina providentia commiſſi aſſiduè premimur ea vehementer urget, quę Sedis Apoſtolicę dignitatem,ejuſq;Status etiam temporalis conſervationem concernit. Hac ideò ratione licet plurium Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum decreta, & litteræ providè, ac ſanctè conditę fuerint, præſertim rec. mem. Pii V.ſub datum 4.Kal. Aprilis anno 1567. ejus Pontificatus Secundo tenoris ſubſequentis videlicet. Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos ſuſcepti cura regiminis univerſalis Eccleſiæ,cui auctore Domino præſidemus, ut Civitates, Terræ, Oppida,& loca nobis, & Sedi Apoſtolicæ in temporalibus mediatè, & immediatè ſubjecta perpetui in jure dominii,& proprietate,ac poſſeſſione dictæ Sedis conſerventur &c. hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, & declaramus Civitates, & loca prædicta etiam hactenus in feudum, aut quemvis alienationis titulum dari ſolita, vel conſueta ad nos, & Sedem prædictam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda abſque alia ulteriori declaratione,& illorum poſſeſſionis apprehenſione, eo ipſo Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ incorporata, ac ad Jus, & proprietatem, & dominium priſtinum ad poſſeſſionem rediiſſe cenſeri perinde ac ſi quadraginta annis, & ultra Civitates, & loca prædictas à nobis, & Sede prædicta immediatè poſſeſſa, & nunquam in feudum, aut alium titulum conceſſa fuiſſent,

ſent. Statuimuſque, & decernimuſque quod omnes, & ſingulæ tam Communitates, & Univerſitates, quam Cives, & Incolæ Civitatum Terrarum, & locorum prædictorum, aliæque quæcumque perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam Seculares cujuſcumque dignitates, & ordinis &c. exiſtentes, ac S.R.E.Cardinales tam publicè in Conciliis Civitatum, & locorum prædictorum, quam privatim alibi in quibuſvis locis etiam Civitatum, & Terrarum; earumdem Gubernatores &c. exiſtant, tractantes, conſulentes, aut alios verba facientes de infeudationibus, aut alienationibus de Civitatibus, & locis prædictis immediatè ad nos, & Sedem prædictam ſpectantibus, & pertinentibus etiam devolutis etiam in feudum communiter, & pluries dari ſolitis &c. eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant à qua niſi ab ipſo Pontifice, præterquam in mortis articulo abſolvi nequeant &c. Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1567. 4. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno ſecundo. Quæ ab ejus etiam ſucceſſoribus Romanis Pontificibus fuerunt approbatę, & confirmatæ, & præſertim ab Innocentio IX. fel. rec. cum declaratione, ſeù extenſione in ejus litteris pridie nonas Novembris 1591. Pontificatus anno primo inſerta tenoris &c. Nihilominus quia nonnullæ pro varietate caſuum contingentium ſucceſſivis temporibus excitatæ fuerunt dubitationes, & impropriæ forſan ſubſecutæ interpretationes, propterea ut hæ quoque ceſſent, & removeantur congruum fore duximus eaſdem littreas in præſenti comprobare innovare, & confirmare, ac verum illarum ſenſum exponere, & quatenus opus ſit de novo decernerę. Hac igitur noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, motu proprio non ad alicujus ſupplicationem, vel ſuper hoc oblatę nobis petitionis inſtantiam ſed ex mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra eaſdem prædeceſſorum, & ſpecialiter præinſertas Pii V.

&In-

& Innocentii IX. ac omnia in eis contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium comprobamus confirmamus,& innovamus, easq;'in concuſſæ, ac validiſſimæ firmitatis robur plenamque executionem, & effectum perpetuis etiam futuris temporibus obtinere ab omnibus inviolabiliter ſervari decernimus, præcipimus, & mandamus. Prætereà ne imposterum germanus earumdem litterarum ſenſus in dubium revocari,& àConditoris mente recedi contingat, motu, ſcientia, & deliberatione paribus &c. declaramus prædictas Pii V. litteras comprehendere non ſolum Principatus, Ducatus,Civitates, Caſtra, Oppida, Terras, Arces, dominia, & loca Juriſdictionis,& Juriſdictionalia S. R. E. & Sedis Apoſtolicæ in feudum Vicariatum, vel alium titulum tunc conceſſas, & conceſſa, ac etiam alias aliquando, & pluries concedi ſolitas, & ſolita quocumque tempore ad Cameram Apoſtolicam devoluta, verum illas quoque, & illa quę nunquam antea in feudum,vel alio titulo conceſſa,ſed per Cameram,& Sedem Apoſtolicam mediatè poſſeſſa fuerunt, vel tunc poſſidebantur, prout etiam fel.rec.Clementis PP.VIII.prædeceſſor noſter ſuo Conſiſtorio ſecreto die 26. Junii anno 1592. Pontificatus illius primo declaravit, cujus ſequitur tenor = Clemens VIII. Sanctiſſimus D.Noſter, dixit poſt editam per ſan mem. Pium PP. V. Sanctitatis Suæ prædeceſſorem de Fratrum conſilio Conſtitutionem de non alienandis Civitatibus Terris,Oppidis,& locis ſibi,&Apoſtolicę Sedi in temporalibus mediatè,& immediatè ſubjectis,etiam ad illud uſque tempus in feudum,aut quemvis alienationis titulum dari ſolitis adSedem prędictam quomodolibet devolutis, & pro tempore devolvendis graviſſimis impoſitis pęnis contra tr actantes conſulentes, aut alias verba facientes de hujuſmodi Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum infeudationibus

etiam

etiam ſub prætextu neceſſitatis, et evidentis utilitatis, ſive illas inſinuantes, et ſuadentes, prout in ipſa Conſtitutione ſub datum 4. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno ſecundo edita, ſepius poſtmodum per prædeceſſores ſuos, ac noviſsimè per SanctitatemSuam comprobata latius continetur pie mem. Gregorium XIV. itidem prædeceſſorem ſuum inConſiſtorio ſecreto Romę apud S. Marcum de Venetiis 13. Septembris 1591. habito, ſententiis tamen S.R.E. Cardinalium, qui tunc aderant, et de quorum etiam Sanctitas Sua erat, minimè requiſitis, quinimo multis eorum expreſsè contradicentibus declaraviſſe, & decreviſſe Pii prædeceſſoris Conſtitutione prędicta non prohiberi feudum nondum devolutum quando neceſſitas aut euidens, et vera Eccleſiæ utilitas poſtulaverit iterum infeudari, nec Juramentum in ea præſtitum ſimilem caſum comprehendere, ac neminem licitè jurare poſſe, quod contra neceſsitatem, aut evidentem utilitatem Eccleſiæ ſit. Sicque prædictam Conſtitutionem intelligendam judicaſſe, et difiniviſſe, itaut nemini poſtea de ea alitèr quam tunc ab ipſo declaratum fuit loqui, et ſcribere liceret, proùt in eodem decreto, et declaratione plenius continetur. Verum quia re ipſa compertum eſt, quod ferè omnes alienationes Terrarum, Civitatum, Oppidorum, et locorum hujuſmodi haſtenùs factæ, ex quibus magna læſio, et imminutio Patrimonii, ac exiſtimationis S.R.E. ſequuta eſt, etiam ſub prætextu, et colore veræ, et evidentis neceſſitatis, vel utilitatis prædeceſſoribus Sanctitatis Suæ inſinuatę fuerunt, cum tamen vix ulla neceſſitatis excogitari poſſit, cui ex aliis bonis aut redditibus, et proventibus, quam ex Conſtitutione prædicta alienari prohibitis ſubveniri nequeat, vix etiam ulla dari poſſit utilitas, cui non præponderet recuperatio, et realis reintegratio in Patrimonium S.R.E. earumdem Civitatum, et locorum hucuſque alienatorum, cunque hujuſmodi caſus abſolutæ ne-

neceſſitatis, aut evidentis utilitatis facilius mente atque animo concipi, et fingi, quam uſu venire poſſint, multo magis expedire omnem prorſus alienationem, et Inveſtituram, prorogationem, et aliarum conceſſionum quomodocumque, et ſub quibuſcumque cauſis, et prætextibus attentandi viam omninò præcludere, quam ob rariſſimos caſus, qui vix unquam contingere poſſint apertam relinquere, cumque lucrum in tempore negligere maximum quandoque ſit Eccleſiæ lucrum, utilius eſſe radices omnes, ex quibus hujuſmodi alienationes provenire valeant penitùs evellere, quam ex eo quod aliquando poſſit earum aliqua utilis eſſe occaſionem præbere, ut multæ præjudiciales, et damnoſæ fiant, cum abſurdo, atque incommodo, ipſum Pium prædeceſſorem prædictum dicta Conſtitutione non immerito occurrere voluiſſe &c. Proindè Sanctitas Sua habita ſuper hoc cum univerſis fratribus S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & ſingulorum auditis ſententiis de eorum conſilio, et unanimi aſſenſu decretum, et declarationem ſuperiùs memoratam fel. rec. Gregorii XIV. tanquam deſtruens prędictam Pii Conſtitutionem, alienandique occaſionem præbens, ac minimè neceſſariam, et deſuper confectas litteras, quarum omnium tenores haberi voluit pro expreſſis, ac ad verbum inſertis auctoritate Apoſtolica revocavit, caſſavit, abrogavit, et annullavit perindè ac ſi nunquam emanaſſent. Declarans dicta Conſtitutione prohiberi Civitatum Terrarum, Oppidorum feudoruu, & locorum in ea contentorum, tam quæ nunquam antea in feudum conceſſa, quam quæ alias ſæpiùs etiam alienata, vel infeudata, ac poſtmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt alienationes infeudationes prorogationes, et extenſiones Inveſtiturarum feudorum, et conceſſionum etiam ex cauſa neceſſitatis, aut evidentis, et veræ utilitatis factas, & faciendas, Juramenta quoque

M ſuper

ſuper ejuſdem Conſtitutionis obſervatione per Sanctitatem Suam, & ſucceſſores ſuos, ac S. R. E. Cardinales præſtitum, & præſtandum, caſum hunc neceſſitatis etiam abſolutæ, & evidentis, & veræ utilitatis omninò comprehendere, nec propterea aliquid illicitum jurari, aut quod contra neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ ſit, ſed quod rationi conſonum atque è re illius eſt, ac ſummopere conducit, prout eadem auctoritate declaravit, ſtatuit, & decrevit cum clauſulis, & derogationibus opportunis. Actum Romæ in Monte Quirinali die 26. Junii 1592. in Conſiſtorio ſecreto. Pariterque declaramus ſub eadem Conſtitutione comprehenſa fuiſſe, & comprehendi Principatus, Ducatus, Civitates, Caſtra, Oppida, Terras, Arces, dominia, & loca Juriſdictionalia non tamen ad S. R. Eccleſiam, & Sedem, & Cameram Apoſtolicam eo tempore devoluta, aut alio quocumque titulo quomodolibet acquiſita, ſed quæ poſt eam uſque in præſentia, & in futurum ſucceſsivis temporibus in perpetuum ſive devolutionis, ſive alio quovis titulo quomodolibet acquiſita fuerunt, & acquirentur, ſalvis tamen Conſtitutionibus editis pro bonis confiſcatis à fel. rec. Gregorio XIII. 5. Idus Julii anno 1580. ejus Pontificatus nono, & Sixto 5. Kal. Julii anno 1585. ejus Pontificatus primo; Quibus cautum fuit Ducatus, dominia, Vicariatus, Gubernia, feuda, aliaque bona ad prædictam Sedem, & Cameram Apoſtolicam ratione delictorum, & confiſcationum in caſibus in eis Statutis delata ſub eadem Pii V. Conſtitutione ſuper hujuſmodi dominiis, & Juriſdictionibus in feudum, aut alias non conceden., nec alienandis edita minimè comprehendi: Declarantes tamen illas intelligendas eſſe, prout intelligi decernimus, & mandamus, ut Principatus, Ducatus, Civitates, Caſtra, Oppida, Terræ, Arces, Loca, Dominia, Vicariatus, Gubernia, feuda, & Loca Juriſdictionalia in illis comprehenſa, & ex illarum diſpoſitione con-

confiſcata, & confiſcanda non ſubjaceant neque ſubjacere debeant prædictis litteris Pii V. pro eo tempore ſolum quo delinquens, ſeù delinquentes vixerint, & Inveſtituræ ſi quæ antea conceſſæ fuerunt durabunt, ac perſonę, ſeù lineæ in illis comprehenſæ ſupererunt, & ſalvis etiam pactis in ipſis Inveſtituris contentis. Inſuper eiſdem motu ſcientia deliberatione, ac poteſtate declaramus diſpoſitionem rec.me. Clementis VIII. in ejuſdem litteris 7. Kal. Julii anno 1596. ejus Pontificatus V. in quibus decrevit Civitates Terras Caſtra, & loca Juriſdictionalia per Cameram Apoſtolicam in vim ejuſdem Conſtitutionis emenda, & acquirenda in dicta præcedenti Conſtitutione Pii V. per triennium à die illarum venditionis computandum minimè comprehendi debere, ità intelligendam eſſe, ut ſtatim finito dicto triennio quatenus eo durante non fuerit deventum ad illorum veram, propriam, & effectualem alienationem, Civitates, Caſtra, Terræ, & loca prædicta ipſo jure, & facto cenſeantur unita, & incorporata Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ, atque ſubjecta, & compræhenſa in prædictis Pii V. litteris etiam nulla alia facta declaratione acceptatione, ſeù decreto, itaut dictus terminus trium annorum nullo facto ſuſpendi prorogari, vel aliter impediri, aut retardari poſſit curſus illius, neque incorporatio, comprehenſio, & ſubjectio prædicta, & ita ſervandum eſſe decernimus, & mandamus. Poſtremò ſtatuimus, ut ſicut nos præinſertas Pii V., & Innocentii IX., ac Clementis VIII. litteras, ſeù decretum ſub die 26. Junii 1592., & omnes, & ſingulas Conſtitutiones, & decreta tam ejuſdem Clementis, quam aliorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum quibus Civitates, Caſtra, Oppida, & alia loca, & bona hujuſmodi Juriſdictionalia Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ quocumque tempore unita, & incorporata, ac prædictis litteris Pii V. ſubjecta fuerunt, & ſpecialiter decretum à nobis die 20. De-

M 2 cem-

cembris proximè præteriti in noſtro Conſiſtorio ſecreto aſſentientibus pariter, & approbantibus univerſis fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus factum ſuper incorporatione, & ſubjectione Ducatus Caſtri, & Oppidi Roncilionis, Vallerani, ac aliorum omnium locorum, & bonorum juriſdictionalium, quæ à rec. mem. Innocentio X. prædeceſſore noſtro ſibi, & eidem Cameræ Apoſtolicæ acquiſita fuerunt ex Inſtrumentis reſpectivè rogatis per acta Bartholomæi Brunori die 7. Octobris 1602., & Franciſci Lucarelli Cameræ Apoſtolicæ, ac Caroli Viperæ Capitolii Notariorum die 19. Decembris ejuſdem Anni, præſenti noſtra Conſtitutione inviolatè ſervaturos, promittimus, ac ſolemni more juramus, & Cardinales omnes, & ſinguli præſentes in eodem Conſiſtorio noſtro hodierna die, ut moris eſt pariter jure jurando promiſerunt juxta formam, & tenorem juramenti pro obſervatione prædicti Pii V. per eos antea præſtiti &c. Decernentes præſentes litteras ſub quibuſvis revocationibus caſſationibus derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis, & faciendis minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quotiès ille emanabunt totiès in priſtinum ſtatum reſtitutas, & denuò conceſſas eſſe, & cenſeri debere &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1660. nono Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus promitto voveo, & juro.

Ego Franciſcus Epiſcopus Portuen. Cardinalis Barberinus Vice-Cancellarius promitto voveo, & juro.

Mi-

Num.XI.

Votum Sac. Collegii circa excamerationem Ducatus Caſtri,& conceſſionem novæ facultatis illum redimendi.

Miſeratione Divina Epiſcopi,Presbyteri,Diaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales.

Univerſis,& ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino, & ad perpetuam rei memoriam. Die Mercurii 16. Januarii hujus anni 1664. in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis habita fuit à Sacro Noſtro Collegio Congregatio Generalis juſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri, ut in commune conſuleremus, quid fieri expediret, dum afflictiſſimo Chriſtianæ Reipublicæ tempore, attritæ tam multis infortuniis, & impenſis Ditioni Eccleſiaſticæ imminent Chriſtianiſſimi Regis arma, & poſitis ab hyberna Caſtris in Locis Eccleſiæ feudalibus, nihil jam ſupereſt aliud, quam ut in Bononienſem, ac Ferrarienſem Provinciam magno Equitum, Peditumque numero irrumpant, niſi Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis acquiſiti olim Cameræ Apoſtolicæ titulo emptionis excameretur, & novus ad eos redimendos terminus Duci Parmæ concedatur. Et primò quidem Sanctitas Sua ingreſſa Cubiculum Congregationis gravibus, & pro more ſuo ſapientibus verbis, Italicis tamen, Nos de rei magnitudine ad monitos, ad eam ſedulò, & ex noſtri Ordinis, atque Officii debito examinandam hortata eſt. Quod ut commodiùs facere, & Sententiam liberiùs dicere poſſemus, nolle ſe dixit Congregationi intereſſe; Si tamen opus haberemus cognitione rerum, quæ inter Sanctitatis Suæ,& Galliæ Regis Miniſtros in variis Congreſſibus, præſertìm verò in recentiori habito ad Pontem Bonvicinum Sabaudiæ vicum tractatæ eſſent pro communi quiete ſtabilienda è proximo Cubiculo appariturum, qui earum ſeriem recitaret,& Sacræ Congregationis Sententiam exciperet, diligenterque notaret. Quibus dictis Sanctitas Sua illicò receſſit.

Nos igitur in memoriam revocatis, quæ præteritis diebus in tribus particularibus Congregationibus, in quas to-

tum

tum Collegium partitum fuerat ejuſdem Sanctitatis Suæ juſſu,ſemel atque iterùm habitis apud Reverendiſſimos Fratres, & Collegas noſtros S. R. E. Cardinales Franciſcum Barberinum Epiſcopum Portuenſem,Martium Ginnettum Epiſcopum Sabinen.,&Hieronymum Columnam Epiſcopum Tuſculanum ſuper hoc ipſo negocio in deliberationem vocáveramus: introducto Reverendo Nobis in Chriſto Cæſare Raſponio utriuſque Signaturæ Referendario,ac Sacræ Conſultæ Secretario, & ab eo recitatis aliquibus ſchedulis,in quibus res inter ipſum uti Sedis Apoſtolicæ Nuntium, & Ducem Crequium uti Regis Chriſtianiſſimi Oratorem ad Pontem Bonvicinum tractatæ continebantur,ac re tota in plures articulos ad faciliorem explicationem diſtributa, diligenterque perpenſa, & uniuſcujúſque noſtrum ſententiis exquiſitis, cenſuimus. Expedire Sedi Apoſtolicæ Sanctiſſimum Dominum Noſtrum ob ineluctabilem temporum neceſſitatem, cùm & Galli Milites munitiſſima loca Sedi Apoſtolicæ feudalia inſederint in finitimum Agrum Bononien., & Ferrarienſem jàm jàm erupturi, & hæc Sancta Sedes exercitum quidem ad vim repellendam de conſilio Sacræ Congregationis ad hoc ſpecialitèr deputatæ comparaverit, & per multos menſes magno impendio aluerit, ſed aliorum Principum auxilio deſtituta, gerendo adversùs Potentiſſimum Regem Bello impar ſit, vel ſi geratur, æqui rerum æſtimatores facilè provideant conſecuturas ex eo calamitates Ditioni Eccleſiaſticæ, univerſeque Italiæ, ſed Religioni in primis Catholicæ luctuoſas hoc præſenti tempore, quo Turca rebus in Hungaria Superiore Autumno proſperè geſtis ferocior,immani, ſi unquam anteà Belli apparatu Germaniam, finitimaſque illi Provincias aggredi parat, perniciem Chriſtianis rebus, animiſque obviam periculo quàm primùm eatur. His igitur tàm gravibus,neceſſariiſque de cauſis cenſuimus, Sedi Apo-

ſto-

ſtolicæ expedire, Sanctitatem Suam promittere Regi Chriſtianiſſimo excamerationem prędictorum Ducatus Caſtri, & Status Roncilionis, & conceſſionem novi termini Duci Parmæ ad eos redimendos iis conditionibus, quas magis in rem eſſe Sanctitatis Suæ prudentiæ ſuaſerit ratio temporum; dummodò tamen excameratio, & conceſſio ejuſmodi ſufficiant ad avertendum impendens à Rege Bellum ad Majeſtatis Suæ animum, & priſtinum filialem amorem Sanctitatis Suæ conciliandum, ad vindicandam ab illatis damnis, & præjudiciis Sedem Apoſtolicam, & denique ac obtinendum à Rege, ut eadem Sancta Sedes in antiqua ſua Civitatis, & Ditionis Avenionenſis, & Comitatus Venayſini Poſſeſſione, ac Statu continuare liberè, & pacificè poſſit. Quod ſi Rex hæc omnia quidem facturum ſe promittat, ſed velit priùs fieri prædictam excamerationem, & conceſſionem novi termini ad redimendum, quam ipſe Avenionenſem, & Venayſinum Statum reſtituat, id quoque indulgere illi poſſe cenſuimus, adjectis clauſulis opportunis. Datum Romæ vigeſima die Januarii 1664. ſub ſigillis trium noſtrum in ordine Priorum Sede plena.

Franciſcus Epiſcopus Portuen. Cardinalis Barberinus.

Uldericus Tit. S. Mariæ Trans-Tyberim Cardinalis Carpineus.

Paulus Emilius S. Mariæ in Coſmedim Diaconus Cardinalis Rondininus.

Cæſar Raſponus.

Num XII. Conventiones initæ in Civitate Piſarum anno 1664.

Romæ in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis Lunæ 18. Februarii 1664. fuit Conſiſtorium ſecretum, in quo Sanctiſſimus Dominus Noſter.

Inhærendo conventionibus initis in Civitate Piſarum inter Magiſtrum Cęſarem Raſponum Sanctitatis Suæ, & Apoſtolicæ Sedis, ac Magiſtrum Aloyſium de Bourlemont Chri-

Chriſtianiſſimi Regis, Plenipotentiarios ſub die 12. præſentis menſis Februarii, et per Sanctitatem Suam ſub hac eadem die 18. ratificatis ſpecialiter infraſcriptis.

I. Sua Santità per far apparire alla Maeſtà del Rè Criſtianiſſimo il ſuo paterno affetto, & à contemplatione di tutto quello ſarà ſtabilito nel preſente accordo immediatamente doppo la ſottoſcrizione di queſto trattato diſincamererà col voto, parere, e conſenſo del Sacro Collegio li Stati di Caſtro, e Ronciglione con tutti li anneſſi, membri, e pertinenze, e concederà nel medeſimo tempo al Signor Duca di Parma *un termine di anni otto conforme al conceduto nell' Iſtromento ſtipolato tra la Camera, & il Signor Duca*, dentro i quali poſſa farne la ricompra, *mediante la reſtituzione, & effettivo pagamento* d'un milione ſeicento ventinove mila ſettecento cinquanta ſcudi, che ſi devono alla Reverenda Camera Apoſtolica, *ſecondo il predetto Iſtromento*. Et inoltre concederà facoltà al Signor Duca à contemplazione di Sua Maeſtà di fare la detta ricompra, e di reſtituire la detta ſomma in due paghe; in modo che ſeguitane una, s'intenda ricomprata la metà dello Stato, e di eſſa ne poſſa prendere il libero poſſeſſo, reſtando l'altra in potere della Camera ſinche non ſarà pagato tutto il reſto, & à fine che la diviſione da farſi delli detti Stati in due parti eguali ſortiſca quanto prima il ſuo effetto, doi meſi doppo la ratificazione del preſente trattato ſaranno eletti due Periti di conſenſo di ambe le parti per convenire amichevolmente di detta diviſione con la dichiarazione dell'appartenenze, & anneſſe di ciaſcheduna, *rimettendo all'arbitrio, & elezzione del Signor Duca di ricomprare quella delle due parti, che più gli piacerà*. E quando li detti Periti non conveniſſero dentro il termine di ſei meſi doppo la loro deputazione, in tal caſo ſia in elezzione del Signor Duca, ò di fare eſſo medeſimo la diviſione in due parti eguali, qual fatta ſpetti alla Camera

mera di preſcrivere al Signor Duca, quale di dette por-
tioni debba in primo luogo da eſſo ricomprarſi con la
reſtitutione della metà di detta ſomma, reſtando l'altra
in potere della Camera ſinche haverà pagato il reſiduo
dentro il termine concedutoli, ò pure non volendo il
Signor Duca fare la detta diviſione, & accettare tal par-
tito, appartenga alla Camera di far tal diviſione in due
parti, qual fatta ſia in arbitrio del Signor Duca di ricom-
prare in primo luogo, quale delle due portioni à lui pa-
rerà. E che nel termine di due anni debba il Signor
Duca dichiarare, ſe egli voglia fare la diviſione ſudetta,
ò intenda ſi faccia dalla Camera.

XIV. Che il Rè Chriſtianiſſimo immediatamente doppo
che il Legato haverà veduta Sua Maeſtà, rimetterà il
Papa, e la Santa Sede Apoſtolica nel poſſeſſo della Città
d'Avignone, e Contado Venaiſino con ſue pertinenze,
e membri, e farà caſſare, & annullare tutti gl'atti, arre-
ſti, & ogn'altra coſa fatta dal Parlamento d'Aix concer-
nente queſto affare, con levare ogni impedimento à fin-
chè la Santa Sede poſſa goderlo come prima.

XV. Riflettendo in oltre li dd. Plenipotentiarii eſſer ſta-
to ſempre l'intento di Sua Maeſtà Chriſtianiſſima, che
la diſincamerazione di Caſtro con la ceſſione del nuovo
termine ſerviſſe di preliminare ad ogni aggiuſtamento
che foſſe per ſeguire, come anche in queſto trattato di
Piſa ſia l'intenzione di Sua Maeſtà di rimettere il Papa,
e la Santa Sede Apoſtolica in poſſeſſo della Città d'Avi-
gnone, e Contado Venaiſſino, dichiarano per maggior
elucidatione delle coſe ſudette eſſerſi convenuti trà di
loro, che la diſcameratione di Caſtro con la conceſſione
del nuovo termine debba eſſere effettuata nella forma
ſtipolata, e convenuta nell'articolo primo avanti di cam-
biare, e conſignare reciprocamente le ratificationi, e
riſpettivamente il Rè rimetterà il Papa, e la Sede Apo-
ſtolica in poſſeſſo della Città d'Avignone, e Contado

Venaiſſino nella forma ſtabilita nell'articolo XIV. immediatamente doppo che il Legato haverà veduta Sua Maeſtà.

Num.XIII.

Decretum Conſiſtoriale Alexandri VII. de excameratione Ducatus Caſtri, & conceſſione novæ facultates illum redimendi.

Exquiſitis primum votis Reverendiſſimorum Cardinalium, & illorum conſilio, voto, & conſenſu, extraxit Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis cum eorum annexis, membris, & pertinentiis ab incorporatione Cameræ Apoſtolicæ jàm facta per aliud decretum in Conſiſtorio ſecreto emanatum 9. Kal. Februarii 1660., eoſdemque Ducatum Caſtri, & Statum Roncilionis cum eorum annexis membris, & pertinentiis excameravit, conceſſitque novum terminum octo annorum D. Duci Parmæ, ejusque Succeſſoribus ad redimendum Ducatum, & Statum prædictos cum annexis membris, & pertinentiis in duabus vicibus, & terminis *juxtà præmiſſorum Capitulorum tenorem* cum infraſcriptis declarationibus, ſeù præſervationibus.

Primo. Quod ſalvis præmiſſis, illisq; firmis remanentibus *in reliquis non contrariis habeatur relatio ad Inſtrumentum aliàs ſub die 19. Decembris 1649.* inter Cameram Apoſtolicam, & dictum D. Ducem celebratum.

II. Quod prædicta excameratio, & conceſſio novi termini ad redimendum dicto D. Duci Parmæ, & ejus Succeſſoribus firmæ remaneant, ſuumque ſortiantur effectum, quatenùs ſequatur acceptatio, & ratificatio Chriſtianiſſimi Regis juxtà conventum in prædictis Capitulis.

III. Quod immediatè poſtquàm Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Chiſius Legatus Apoſtolicus ad eundem Regem Chriſtianiſſimum deſtinatus Majeſtatem Suam inviſerit, fiat, & cum effectu ſequatur reſtitutio Civitatis, & Status Avenionen., & Comitatus Venaiſſini cum eorum annexis, membris, & pertinentiis quibuſcumque juxtà conventionem in dicto Cap.XIV. firmatam.

IV. Quod *dicto Domino Duce, aut eorum Succeſſoribus deficiente,*

tiente, vel deficientibus in recuperatione, ſeù redemptione dictorum Ducatus, & Status in tempore, & modo in prædictis Capitulis conventis iidem Ducatus, & Status cum eorum annexis membris, & pertinentiis ſint, & intelligantur *eo ipſo reincorporati, atque reuniti dictæ Cameræ Apoſtolicæ.*

Cardinalis Barberinus S.R.E. Vice-Cancellarius.
Loci ✝ Sigilli ejuſdem Cardinalis.

Num.XIV.

Aſſerta acta Julii Pilatonii circà redemptionem medietatis Ducatus Caſtri anno 1667.

In Nomine. Amen &c. Anno ab ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti Nativitate 1667. &c. die verò 20. menſis Maji Pontificatus autèm Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Alexandri Divina Providentia Papæ ſeptimi anno ejus decimo tertio.

Illuſtriſſimus D. Auditor Julius Pilatonus mihi Notario cognitus Procurator ſpecialitèr conſtitutus à Sereniſſimo D. Raynutio Farneſio Parmæ Duce &c., ut aſſeruit per Inſtrumentum rogatum à D. Raynutio Piſano Notario coram infraſcriptis Teſtibus ſpecialitèr rogatis, atque vocatis, ſe in exequutionem d. Mandati Procuræ vellè devenire ad actualem ſolutionem ſcutorum octingentorum quatuordecim milium octocentum ſeptuaginta quinque monetæ juliorum decem pro ſingulo ſcuto in Depoſitaria Generali Rev. Cameræ Apoſtolicæ pro redemptione unius ex duabus partibus Ducatus, & Status Caſtri, & Roncilionis &c., & ad hunc effectum rogavit me Notarium, & eoſdem infraſcriptos DD. Teſtes, ut aſpiceremus pecunias exiſtentes in infraſcripta Manſione, ſeù Stantia, videlicèt in duabus Capſis ferreis plenis, & in duobus Armariis ligneis reſpectivè, & in eadem Stantia exiſtentibus in præſentia mei Notarii, & eorumdem Teſtium apertis, proùt ego Notarius, & iidem Teſtes introſpexi, & reſpectivè introſpexerunt, aperiendo ſacculos in eiſdem Capſis ferreis repoſitos, & quos fuit repertum eſſe plenos auro, & ſimilitèr aperiendo alios

 ſac-

ſacculos repoſitos in dictis Armariis, repertum fuit eſſe plenos argento. Quibus ſequutis idem Illuſtriſſimus D. Auditor extraxit, & extrahi fecit ex dictis Capſis ferreis viginti ſacculos continentes ſexaginta mille duplas aureas partìm cunei Italiæ, & partìm cunei Hiſpaniarum, ad effectum illas deferendi ad dictam Depoſitariam Generalem Rev. Cameræ exiſtentem in Platea, & è conſpectu Eccleſiæ S. Mariæ in Campitello, nunc in Porticu, animo, & intentione in caſu acceptationis deferendi continuatè, & ſucceſſivè reſiduum uſque ad dictam ſummam ſcutorum octingentorum quatuordecim millium octocentum ſeptuaginta quinque monetę juliorum decem pro ſingulo ſcuto, pro facienda eorum ſolutione una vice. Et incontinenti ad effectum prædictum fecit collocare dictos viginti ſacculos in duabus Capſis ligneis, videlicèt decem pro qualibet Capſa, eaſdem ſic onuſtas fecit aſportare in præſentia mei Notarii, & eorumdem Teſtium in Atrio, ſeù Cortili infraſcripti Palatii, in quo fuerunt repertæ duæ Rhedæ Excellentiſſimi D. Ducis de Chavulnes Oratoris Majeſtatis Chriſtianiſſimi Regis, & in eiſdem Rhedis poſitæ fuerunt dictæ duæ Capſæ videlicèt una pro qualibet ad finem illas aſportandi ad Depoſitariam, ſeù Domum prædictam; Et exindè idem Illuſtriſſimus D. Auditor ingreſſus fuit propriam Rhedam unà cum infraſcriptis DD. Teſtibus, proùt ego Notarius quoque ingreſſus fui unam ex Rhedis, in quibus fuerunt, ut ſuprà repoſitæ pecuniæ, & ſucceſſivè diſceſſimus à dicto Palatio unà cum alia Rheda, in qua ſimilitèr, ut ſuprà fuerunt pecuniæ repoſitæ.

Actum Romæ in Manſione, ſeù Stantia, *detta la Stanza del Cantone della Guardarobba*, Palatii Sereniſſimi Domini Ducis Parmæ &c. ſiti in Regione Arenulæ præſentibus &c. Illuſtriſſimo D. Valentino Bigorre Tholoſano filio quond. D. Marci Antonii à Secretis Linguæ Gallicæ ſupradicti Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Orato-

toris Regis Chriſtianiſſimi,& Illuſtriſſimo,& Reverendiſſimo D. Abbate Ludovico de Sanctis filio quondam Domini Elvetii Ripano à Secretis Linguæ Italicæ ejuſdem Excellentiſſimi Domini Oratoris Teſtibus ad hæc &c.

Eadem die.

Idem Illuſtriſſimus D. Auditor Pilatonus in Rheda, de qua ſuprà una cum dictis DD. Teſtibus, & ſimilitèr ego Notarius in alia Rheda paritèr, de qua ſuprà inſimùl cum alia Rheda paritèr, de qua ſuprà inſimùl cum alia Rheda, ut ſuprà paritèr deſcripta, & in quibus reſpectivè dicti ſacculi pecuniarum erant collocati, pervenimus ad ſupradictam Domum dd. Illuſtriſſimorum DD. Petri, & Philippi de Nerlis Depoſitariorum d. Rev. Cameræ, & per dictum Illuſtriſſimum D. Auditorem miſſo uno ejus famulo, qui ſignificaret dd. Depoſitariis ejus adventum, & voluntatem cum ipſis colloquendi. Idem famulus reportavit Italico Idiomate; Che il Signor Auditore erà Patrone. Quapropter è dicta Rheda egreſſus una cum dd. DD. Teſtibus, & me Notario aſcendit ſchalas dictæ Domus, in quorum medio reperiit Illuſtriſſimum D. Petrum de Nerlis Depoſitarium obviam venientem, cum quo, & dd. DD. Teſtibus, meque Notario, quamdam ejuſdem Domus Cameram introivit, ibidem ſedentibus omnibus idem Illuſtriſſimus D. Auditor ſupradicto Illuſtriſſimo D. Petro Depoſitario expoſuit, ut infrà videlicèt.

Signor Pietro mio Signore, V. S. Illuſtriſſima ſi ricordarà, che la ſettimana paſſata io fui da lei à rappreſentarli per parte del Sereniſſimo Signor Duca di Parma mio Signore, come Sua Altezza trovandoſi in prontò la ſomma di ottocento quattordici milá ottocento ſettantacinque ſcudi di moneta dà giulii dieci per redimere la prima parte dello Stato, e Ducato di Caſtro, e Ronciglione, alla forma de' Capitoli concordati in Piſa trà la Santità

di

di Noſtro Signore, e la Maeſtà Criſtianiſſima del Rè di Francia mediante le Perſone de' loro Plenipotentiarii, ero però à fare iſtanza à V. S. Illuſtriſſima, come quello à chi ero tenuto pagare, come à Depoſitario generale della Rev. Camera, accioche ſi compiaceſſe di ricevere d. denaro, quale allora gl'offerivo di pagare, e che lei mi riſpoſe, che di queſto negotio non ſapeva coſa alcuna, e che quanto à ricever d. denaro non lo poteva fare ſenz'ordine eſpreſſo de' ſuoi Superiori, e che però lei averebbe fatto capo alli medeſimi per ſentire, che coſa in queſto particolare gli volevano commandare. Hora avendo ſaputo, che jeri in caſa di Monſignor Illuſtriſſimo Teſoriere della Camera fù tenuta una Congregatione Particolare ſopra il preſente affare, che V.S.Illuſtriſſima vi fu preciſamente chiamata per queſto, perſuadendomi, ch'ella poſſa avere avuto l'ordine opportuno di ricevere detto denaro, ſono venuto non ſolo ad eſiggere la riſpoſta di quanto ella reſtò meco in concerto, come hò detto, ma di più per abbondare in cautela hò portato meco in due Carrozze, che ſono quì in ſtrada avanti la Caſa di V.S.Illuſtriſſima una parte del denaro, per far portare poi ſucceſſivamente, & immediatamente il reſtante ſino all'intiera ſomma di dd. ottocento quattordici mila ottocento ſettanta cinque ſcudi di moneta &c. tutto in una volta; Onde fò di nuovo iſtanza à V. S. Illuſtriſſima, che vogli ricevere il detto denaro, e cominciare à farlo contare per farmene la quietanza. = Quibus auditis dictus Illuſtriſſimus D. Petrus Depoſitarius ſic reſpondit = E' vero, che V. S. Illuſtriſſima mi fece l'iſtanza, che hà detto, ſiccome è vero, che jeri fu fatta la Congregatione accennata da lei, e che vi fui mandato a chiamare da Monſignor Teſoriere, ma di quello, che V.S. Illuſtriſſima mi parlò la ſettimana paſſata, e di che ora di nuovo mi parla, (con tutto che pare, che io ne aveſſi parlato, come rimaſi con V. S. Illu-

 ſtriſſi-

ſtriſſima) non hò avuta riſpoſta, nè ordine alcuno. Quanto poi al denaro, che ella hà portato ſeco, ritorno à dire, che non poſſo riceverlo ſenz'ordine eſpreſſo di Monſignor Teſoriere. Tunc Illuſtriſſimus D. Auditor habita hujuſmodi reſponſione enixè, pluriès, ac diverſimodè inſtetit apud eumdem Illuſtriſſimum D. Petrum Depoſitarium, ut omninò vellet pecunias recipere; Cumque Illuſtriſſimus D. Petrus perſtitiſſet in d. reſponſione, fuit communi conſenſu electa via tranſmittendi aliquem ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Theſaurarium Generalem ad audiendam ejus voluntatem ſuper dicta receptione pecuniarum, & ad hunc effectum idem Illuſtriſſimus D. Auditor rogavit Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Abbatem Ludovicum à Secretis pro lingua Italica Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Oratoris Regis Chriſtianiſſimi, una cum D. Joſepho Sperandio Ratiocinatore Sereniſſimi D. Ducis Parmæ, qui D. Abbas ſe promptum, & paratum exhibuit.

Eadem die.

Idem Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Abbas Ludovicus unà cum Domino Joſepho, meque Notario exceſſit è dicta Domo Illuſtriſſimi Domini Petri Depoſitarii, & ſe contulit ad ædes Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Theſaurarii, ſitas in loco, ubi dicitur *della Valle*, eoque reperto d. D. Abbas inſtetit pro audientia, ad quam fuit admiſſus, & per aliquot tempus inſimùl ſecretò fuerunt in una manſione collocati, poſteà cum d. Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Theſaurarius illum aſſociaret in veſtibus antè Januam Aulæ Majoris, & in loco præcisè ut dicitur *à capo le Scale*, ubi aliquantulùm ſtantes commorati fuerunt, idem Dominus Abbas de Sanctis fuit auditus à me Notario, & infraſcriptis teſtibus, quod ità loquebatur cum dicto Illuſtriſſimo Domino Theſaurario continuando ſermonem

præ-

præcedentem. *Che Sua Signoria Illuſtriſſima ſi voleſſe pur contentare di dar l'ordine al Signor Pietro Nerli per il ricevimento del denaro, atteſo che già ſi trovava lì nelle Carrozze, e che il Signor Pietro non lo voleva ricevere ſenz'ordine di Sua Signoria Illuſtriſſima.* Et poſt alia verba inter dictum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Theſaurarium, & D. Abbatem de Sanctis, dictumque Joſephum prolata, dictus Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Theſaurarius recuſavit dictum ordinem dare; Quapropter inde receſſimus redituri ad domum dicti Domini Depoſitarii &c.

Eadem Die.

Dictus Illuſtriſſimus Abbas, & D. Joſephus una mecum Notario rediit in Domum ſupradicti D.Petri de Nerlis, ubi invenimus expectantes Illuſtriſſimum D. Auditorem Pilatonum, & eumdem Illuſtriſſimum D. Petrum, & Illuſtriſſimum D. Valentinum Bigorre ſupradictum, cui D. Auditori expoſita recuſatione d. Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Theſaurarii per d. D. Abbatem de Sanctis, idem D. Auditor una cum dd. DD. Abbate, & Bigorre teſtibus, ut ſuprà licentiam ſumpſit à d. D. Depoſitario, qui cùm fuerit ipſum D. Auditorem, & dd. DD. Teſtes concomitatus uſque ad Portam d. ejus Domus è conſpectu Eccleſiæ S. Mariæ in Campitelli, ibi denuò fuit à d. D. Auditore requiſitus ad recipiendum dd. pecunias, quas ad hujuſmodi finem, & præſentiam mei Notarii, Teſtiumque infraſcriptorum, & aliorum d. D. Depoſitario indicavit repoſitas in Rhedis prædictis antè Portam exiſtentibus Italico ſermone repetendo hæc formalia verba, videlicèt. *Signor Pietro ritorno à pregarla à voler pigliare queſto denaro, quale hò quì pronto in queſte Carrozze, come V. S. Illuſtriſſima vede,* & ità dicendo mandavit dictus Illuſtriſſimus Dominus Auditor nonnullis Bajulis ibidem exiſtentibus, & ad hunc effectum conductis, ut alteram ex capſis, in quibus erant dd. ſac-

dd. ſacculi duplarum auri apertam ad præſentiam d. Illuſtriſſimi D. Depoſitarii deferrent, prout detulerunt, & exindè aperto uno ex dd. ſacculis fuit oſtenſum, & inventum eſſe plenum auro, prout fuerat dictum, ſive expoſitum. Quo viſo d. D. Depoſitarius iterum perſtitit in ſua recuſatione, prout recuſavit, negando etiam aperitionem aliorum ſacculorum in dicta Capſa exiſtentium jam per d. Illuſtriſſimum D. Auditorem eiſdem Bajulis demandatum, dicendo idem Depoſitarius. *Non occorre, non occorre*. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me Notario infraſcripto, ut unum, vel plura, publicum, ſeù publica conficerem, atque traderem Inſtrumentum, & Inſtrumenta &c. Actum Romæ &c.

Ego Anſelmus Cellinus de Coreguano Status Roncilionis publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, & in Archivio d. Terræ Roncilionis deſcriptus &c.

Num. XV.

Interpellatio facta anno 1667. contra Commiſſariū Cam. Apoſtolicæ, & reſponſio per ipſum tradita.

Pro Sereniſſimo D. Duce Raynutio Farneſio Duce Parmæ, contra Rever. Cameram Apoſtolicam, & Illuſtriſſimos Dominos Petrum, & Philippum de Nerlis ejus Depoſitarios Generales.

Coram Eminentiſſimo D. Cardinale, meque &c. Comparuit Illuſtriſſimus D. Julius Pilatonus Procurator, proùt docuit per Inſtrumentum publicum mandati ſpecialis rogati per D. Raynutium Piſanum Notarium Parmen. ſub die 18. Junii 1666. ſeù &c., & in termino citationis contra R. P. D. Commiſſarium, & Illuſtriſſimos DD. Petrum, & Philippum de Nerlis Depoſitarios Rev. Cameræ legitimè exequutæ, & in Actis reproduct., inherendo proteſtationibus, declarationibus, interpellationibus, & requiſitionibus extrajudicialibus, factis ad omnem meliorem finem, & effectum &c., & proteſtatur, quod cùm ipſe D. Comparens vice, & nomine dicti Sereniſſimi Domini Ducis obtulerit Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo

D.Theſaurario Generali,ac dicto R.P.D.Commiſſario, & reſpective præfatis DD.Depoſitariis Rever.Cameræ velle realitèr,& cum effectu facere ſolutionem ſcutorum octingentorum quatuordecim millium octingentorum ſeptuaginta quinque monetæ Romanæ juliorum decem pro ſcuto ad effectum, ut intelligatur redempta una ex duobus partibus Ducatus, & Status Caſtri, & Roncilionis cum ejus membris, & pertinentiis, quam idem Dominus Comparens nomine dicti Sereniſs. Ducis eliget ad formam dicti Mandati Procuræ, & juxta conventiones initas in Civitate Piſana inter Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D.Cardinalem Raſponum tunc Prelatum Sanctiſſimi D. N., & Apoſtolicæ Sedis, ac Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Aloyſium de Bourlemont Chriſtianiſsimi Regis Plenipotentiarios &c., ac etiam juxta formam diviſionis dictorum Ducatus, & Statuum factæ per Peritos nomine dictæ Rev. Cameræ vigore Chirographi Sanctiſſimi D. N., & dicti Sereniſſimi D. Ducis electos, ut ex Inſtrumentis, ut dixit in Actis mei rogat.ſub diebus 28.Aprilis,& reſpectivè 18. Octobris dicto anno 1664. ſeù &c., tamen eadem oblatio, ut ſuprà oblata, & per ipſum D. Comparentem facienda, non fuit acceptata in graviſſimum damnum, & præjudicium dicti Sereniſſimi D. Ducis, qui inter alia damna,& intereſſe propter recuſationem patitur ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis pro quolibet die præjudicium, & detrimentum in ſcutis ducentum ſexaginta circiter. Ideò ſalvis præmiſſis, ut ſuprà hìc, & nunc judicialitèr dennò requirit,& interpellat eumdem R.P. D. Commiſſarium, ad faciendum, & curandum, ut dicti DD. Depoſitarii nulla interpoſita mora recipiant, & acceptent ſolutionem prædictam,& faciant legitimam quietantiam illos ad prædictis omnibus juris,& facti remediis compellendo,& reſpectivè dictos DD.Depoſitarios ad illam recipien., & acceptan., & faciendum di-

O ctam

ctam quietantiam in exequutionem dictarum conventionum, & diviſionis, ac aliorum, ut ſupra, alias pro nunc, & ſine præjudicio omnium, & quorumcumque aliorum remediorum dicto Sereniſſimo D. Duci quomodolibet competentium, & competiturorum, & non alias, alitèr, nec alio modo proteſtatus fuit de inobſervantia dictarum conventionum, & de omnibus damnis, expenſis, riſico, & periculo etiam dicti capitalis, & intereſſe tàm damni emergentis, quàm lucri ceſſantis, & de omnibus, & ſingulis aliis licitè, & legitimè proteſtandis, & hæc omnia declaravit, & declarat, proteſtatus fuit, & proteſtatur, dixitque, & dicit non ſolùm præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo &c.

Eadem die

Citetur R.P.D. Elephantuccius Sanctiſſimi D. N., & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius generalis, & Illuſtriſſimi DD. Petrus, & Philippus de Nerlis ejuſdem Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Depoſitarii Generales ad videndum fieri ſupradictam proteſtationem, interpellationem, requiſitionem, dicendum contra, admitti, & mandari afficere, & decretum quodcumque deſuper, & opportunum, & neceſſarium fieri, & interponi ad primam diem. Inſtante Sereniſſimo Domino Duce Raynutio Farneſio Duce Parmæ &c. Principaliſve &c.

De Angelis Notarius.

Exadverſo D. Commiſſarius Generalis Rev. Cam. Apoſtolicæ, præmiſſa proteſtatione nullitatis &c., & quod nemo exadverſo comparens audiatur niſi docto de legitimo mandato Procuræ. Ita quod &c. alias &c. contra prædictam proteſtationem, & declarationem pro nunc dixit generalia contra, ſalvo Jure &c., & non admitti, nec mandari afficere, tanquam continentem oblationem merè, & prorſus inutilem, & inanem, non autem realem, contra formam Juris, & obligationem Sereniſſimi

 D.Du-

D. Ducis Parmæ exigentium actualem, et effectivam ſolutionem per ablativum abſolutum, ſequuta actuali, et effectiva ſolutione, nec admittentium hujuſmodi aſſertam oblationem; Ideo proteſtatus fuit nihil fieri niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, et adimpletis adimplendis alias &c. omni &c., et his ſemper ſalvis, et non alias proteſtatus etiam fuit, et proteſtatur exadverſo exprimi, et declarari cum ſufficienti mandato procuræ, quæ ex duabus partibus bonorum de quibus agitur velit, et prætendat Sereniſſimus D. Dux Adverſarius redimere, ut ex utraque parte adſit certitudo de Jure quæſita, atque, ut Rev. Camera poſſit deducere melioramenta neceſſaria, atque impenſas neceſſarias facta, et factas reſpectivè, et fructus, et bona deducen., quatenus de Jure ad petita teneatur, et non alias &c. de quibus omnibus, et ſingulis expreſsè proteſtatus fuit, et proteſtatur non ſolum præmiſſo, ſed, et omni alio meliori modo &c. hac die 18. Maji 1667.

Jacobus Elephantuccius Commiſſarius Generalis.

Num. XVI.

Mandatum Procurationis à Duce Raynutio II. collatum Julio Pilatonio.

In Chriſti nomine &c. Anno &c. milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſexto &c. die verò decimo octavo menſis Junii &c.

Cùm ſit quod in exequutionem Capitulorum concordatorum in Civitate Piſarum inter Illuſtriſſimum, et Reverendiſſimum D. Cæſarem Raſponum Plenipotentiarium Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſque Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, et Illuſtriſſimum, et Reverendiſſimum D. Aloyſium Bourlemontem Plenipotentiarium Suæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Francorum, et Navarræ Regis, et deindè per eumdem Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, et dictam Sacram Majeſtatem Chriſtianiſſimi Regis ratificatorum, idem Sanctiſſimus D. N. Papa diſcameraverit &c. totum, et integrum Statum Roncilionis &c., et conceſſerit Sereniſſimo D. Duci noſtro Ray-

Raynutio Farneſio unum terminum octo annorum pro facienda recuperatione ſupradictorum Ducatus, et Status &c. mediante reſtitutione, et ſolutione unius millionis, et ſexcentorum viginti novem millium, et ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum monetæ &c., et ulterius conceſſerit facultatem d.Sereniſſimo D. Duci recuperandi Ducatum, Statum, et alia bona prædicta, et ſolvendi ſummam prædictam in duabus ſolutionibus, itaut facta una ſolutione, intelligatur facta recuperatio medietatis ſupradictorum Ducatus, et Status, et bonorum. Item quod ea dividi deberent, et quod ad effectum faciendi diviſionem prædictam deberent eligi duo Periti de conſenſu ambarum Partium &c.

Cumque ſit quod in exequutionem concordatorum Illuſtriſſimus, et Reverendiſsimus D.Franciſcus Ravizza Sanctiſsimi D. Noſtri Papæ, et Rev. Cameræ Apoſtolicæ Generalis Commiſſarius in exequutione Chirographi manu Sanctiſsimi ſignati elegerit, et nominaverit Per-Illuſtrem, et Admodum Excellentem D.Benedictum Muſacchium in Peritum ejuſdem Cameræ ad dividendum in duas partes &c., et ſupradictus Sereniſſimus D. Dux pro ejus parte elegerit, et nominaverit Illuſtriſsimum D.Alexandrum Pincolinum in Peritum ad faciendum diviſionem prædictam &c.

Sitque etiam quod à ſupradictis Peritis fuerit facta diviſio dictorum Ducatus, et Status, et aliorum bonorum prędictorum, et illam ſub die 18. Octobris 1664. præſentaverint, ſeu etc. exhibuerint, et conſignaverint ſupradicto D.Lucarello dictæ Cameræ Apoſtolicæ Notario, prout in illius actis etc.

Volens modo ſupradictus Sereniſsimus D.Dux conſtituere Procuratorem ad declarandum illam partem, quam primo loco recuperare intendit, et ad illam recuperandam.

Hinc

Hinc igitur eſt, quod coram teſtibus infraſcriptis &c. ſupradictus Sereniſſimus D. Raynutius Secundus Farneſius Parmæ, & Placentiæ &c. Dux &c.

Fecit, conſtituit &c., & ſolemniter ordinavit, ac fecit &c. Procuratorem, & in procuratorum negotiorum ſuorum geſtorem &c. Illuſtriſſimum Juris utriuſque Doctorem D. Julium Pilatonium Auditorem Cauſarum Civilium pro Celſitudine Sua Sereniſſima, in Civitate Placentiæ, & modò Romæ degentem &c.

Ad ipſius Sereniſſimi D. D. Ducis nomine, et pro eo eligendum, & declarandum velle recuperare illam partem, ſeù medietatem dd. Ducatus, Status, et bonorum etiam Juriſdictionalium ipſi D. Procuratori beneviſam, et per per ipſum exprimendam, quam declarationem, et expreſſionem ipſe Sereniſſimus D. Dux nunc, prout ex tunc approbat, et confirmat, cùm dictus D. Procurator de mente Sereniſſimi Domini Conſtituentis ſit benè informatus, et dictam partem, ſeù medietatem recuperan. à ſupradicto Sanctiſſimo D. Noſtro Papæ, et illius Reverenda Camera Apoſtolica &c., et ad recipiendum, et ſibi conſignari faciendum prędictam partem, ſeù medietatem cum bonis, Juriſdictione, mero, mixtoque imperio &c., et aliis Juribus, et prærogativis quomodolibet competentibus, et potiſſimum ex Inveſtituris feudali Summi Pontificis Pauli Tertii, et ex aliis conceſſionibus Summorum Pontificum fact. ad favorem Anteceſſorum ejuſdem Sereniſſimi D. D. Ducis, et ad eamdem partem, ſeù medietatem quomodolibet ſpectantibus, nec non ad perſolvendum, et exburſandum pro dicta recuperatione medietatem dictæ ſummæ, ſeù primam ſolutionem cum legitimis debitis quietantiis, et renunciationibus opportunis &c.

Et generaliter omnia alia faciendum, dicendum, et exercendum, quæ in præmiſſis, et circa ea neceſſaria fuerint,

rint, ſeù quomodolibet opportuna, & quæ ipſemet Sereniſſimus Dominus Dux faceret, & facere poſſet ſi præſens, & perſonaliter intereſſet, etiam ſi talia forent, quæ mandatum requirerent magis ſpeciale, & individuum &c.

Actum Parmæ in Aula Ducali &c. Præſentibus &c.

Ego Ranutius de Piſanis Civis, & utraque auctoritate Notarius publicus &c. Parmen., necnon Cancellarius Sereniſſimæ Cameræ Ducalis Parmæ &c.

VA1 1533125

Digitized by Google

179